







1.
1.
2.
3.
164
1.
2.
3.
y.
1.
1.



1678.

1. Martini, Nicolaus: De praestationibus in contra ctibus
vel quasi, art. 5 § 2 ff. Commend. et l. 23 ff. de reg.
jur.

2. Martini, Nicolaus: Theses juris D'ene inaugurales
... et rubricam, et hae pendente nihil immo.
retur?

3. Martini, Nicolaus: De vitis.

1678/1681.

1. Schulze, Bernhardus: De unicitate compositione

Dec. 1707

2. Schulze, Bernhardus: De titulo colorato

3. Schulze, Bernhardus: De matre incerta

4. Schulze, Bernhardus: De jure optionis

1682.

1. Martini, Nicolaus: De civitatibus municipalibus

earumque membris.

1683 Schulze, Bernhardus: De induciis belli.

1685

1. Major, Joh. David: De moribus Germanae reginae
2. Reyherus, Samuel: De militia.

1687.

Northofus, Dr. Georgius: De ~~est~~ eloquentia de Tacendo

1688.

Martius, Nicolaus: De monte pietatis

1689.

1. Martius, Nicolaus: De jure senus singulari

3. Sumpt. 1689 - 1714

2. Martius, Nicolaus: De dominio praesumpto

1690

1. Muscuus, Guon. Severus: De juramentis inter-

veratis

2. Reyherus, Samuel: De intervallo quinq. juribus.

matrimonio praesumpto.

3. Reyherus, Samuel: De ~~intervallo quinq. juribus~~

DIPLOMATICA UNIVERSITATIS JURIDICAE

PRÆSENTIBUS

IN

CAUSA

DE

GRADU

CHRISTIAN ALBERTINA

PRÆSIDI

NICOLAOMARTINI, C.

PRO LICENTIA

IN

CAUSA

DE

GRADU

CHRISTIAN ALBERTINA

PRÆSIDI

NICOLAOMARTINI, C.

PRO LICENTIA

IN

CAUSA

DE

GRADU

CHRISTIAN ALBERTINA



185

Systeme, Band 1. 1. Theil. Von Johann Christian Bach

186

Systeme, Band 2. 2. Theil. Von Johann Christian Bach

187

Systeme, Band 3. 3. Theil. Von Johann Christian Bach

188

Systeme, Band 4. 4. Theil. Von Johann Christian Bach
3 Bände 1789-1794

189

Systeme, Band 5. 5. Theil. Von Johann Christian Bach

190

Systeme, Band 6. 6. Theil. Von Johann Christian Bach
Systeme, Band 7. 7. Theil. Von Johann Christian Bach
Systeme, Band 8. 8. Theil. Von Johann Christian Bach
Systeme, Band 9. 9. Theil. Von Johann Christian Bach



17
DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

1678, 3

De
VIDUIS,

Quam
DEO FORTUNANTE,
Autoritate & Decreto Magnifici Jctorum Ordinis,
In Illustri
CHRISTIAN-ALBERTINA ACADEMIA,
PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO & CONSULTISSIMO
Dn. NICOLAOMARTINI Jcto
Novell. ac Philos. Civil. Prof. Publ. Cele-
berrimo, Academiæ h. t. Pro-Rectore &
Facultatis suæ Decano,
Pro Summis in Utroq; Jure Honoribus ac Privilegiis
Doctoralibus

ritè & Competenter Consequendis
Publicæ Doctorum Disquisitioni subjicit
PETRUS JOHANNES PRÆTORIUS
Havel - Monte Marchicus.

ad d. 17. Maij Ao. 1678.

In Auditorio Majori, horis ante & pomeridianis.

KILONI,
Literis JOACHIMI REUMANNI, Acad. Typogr.



81

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



PRÆLOQUIUM.

Quemadmodum Imperator Justinianus quasdam fecit res sanctas, & quodammodo divini juris, ab injuria hominum defensas atq; munitas l. 8. pr. ff. de R. D. ut sunt Muri, Porta Civitatis, Leges §. 10. Inst. de R. D. l. 9. §. 3. ff. eod. Legati, d. l. 8. §. 1. constituendo capitis pœnam in eos, qui muros violant. l. 11. ff. eod. aut Legatos etiam hostium pulsant. l. 17. ff. de Legat. vel qui alia quam per portas egrediuntur. d. l. 11. aut præceptis legum non obtemperant. l. 9. §. 3. ff. eod. l. 41. ff. de Poen. Just. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 1. tit. 8. thes. 16. Ita etiam Summus Imperatorum Deus Opt. Max. homines quosdam sibi sanctos, & ab omni injuria, violentiaq; munitos veluti edecumavit. Præprimis vero ardentem erga viduas amorem & benevolentiam Divinam Codex vite passim testatur, ut non incongruè dicere possimus, has etiam quodammodo Divini juris esse, quas Securitatis sagminibus condecoravit, coronavitq; Divinum Numen, gestantes Cerycia, non quæ Legati Græcorum olim ferebant, sed quæ hinc inde per Topiarium Sacrum Pandectarum sparsa inveniuntur. Sic enim Spiritus Sanctus per labia Prophetæ Jeremia insigne viduitatis tutamen constituit. cap. 22. v. 3. quod & repetit per os Sacharia Prophetæ, c. 7. v. 10. quibus locis justitiam fieri Deus præcipit causis viduarum, quod cum comminatione repetitur apud Malach. 3. v. 3. imo Deuter. 27. v. 19. Spiritus Sanctus maledicit omnibus, qui jus Pupillorum & viduarum invertunt, leduntve, & Salutis nostræ Fons Matth. 23. v. 14. fulminat in judeos, qui viduarum domos & bona devorant; unde sanè apparet, viduas sanctione aliqua subnixas, diviniq; juris esse. Propensam hanc in viduas voluntatem Justinianus passim quoq; in jure nostro testatam facit, & tantum abest, ut viduarum jura tollat, ut potius ea mirum in modum augeat. Et hæc, inter alias, causa me quoq; permovit, ut inaugurali, quam vocant, Disputationi Argumentum hoc dispexerim; Faxit Deus, ut feliciter & ex sententia omnia procedant!

A 2

I. N. J.

Uo autem melius res capiatur, operæ pretium duximus, statim in fronte Disputationis quædam de vocis origine præfari, solet enim in omni tractatu quæstio, quid nominis, ut *Moz. Tr. de Contr. Art. 1. n. 1.* inquit, præcedere quæstionem quid rei. *arg. l. 1. ff. de iust. & jur.* Vocem viduæ autem *Labeo in l. 242. §. 3. ff. de V. S.* derivat à duitate, quasi omnis, qui sine duitate est, vidua æstimetur, matrimonium enim neque plurium neq; pauciorum quam duorum esse potest. *l. 1. ff. de Rit. Nupt.* cui derivationi firmiter inhærere videtur. *Calvin. in Lexic.* ubi citat adstipulantem *Gæddeum ad d. l. 242.* Alii dictam esse volunt vocem viduam à vi & duitate, propter *διχοτομίαν*, quia morte nexus conjugii solvitur, nec de violento divortio, quod per mortem contingit dubitari potest; Sicuti enim uno ex corpore ambo divulsi, abiisse in duo vir & uxor finguntur. *Plat. in Sympos. & ex Euseb. 17. Præp. Evang. c. 7:* Ita etiam in hac vita unus ad alterum fertur, alter alterius opem & cohabitationem ardentè desiderat, per mortem, autem cohabitatione interruptâ, quid aliud superstiti, quam Gemitus, Lacrymæ, Luctus & Dolor remanet? juxta Poëtam

Non dolor est major quam cum violentia mortis

Unanimi solvit corda ligata fide.

Nec desunt exempla conjugum, qui Socii fatum ita graviter & impatienter tulerunt, ut, quod natura abhorret. violento impetu ausuq; illicito mortem sibi accelerarint. *Portia Catonis Filia Bruti* uxor maritum gladio incubuisse audiens, nullo modo averti potuit à proposito comitem se viro adiungendi, cumque ferum & venena amicorum negaret providentia, vivis animo prunis satis fecit *Plutarch. in Brut.* Senecam comitari quoque voluit uxor. *Grut. in vit. Sen.* Miratu digna sunt; quæ de *Artimisiæ* amore ardentissimo in *Mausolum* virum narrantur, præter enim sepulchrum preciosissimum, ossa cineremque viri mista odoribus, contusaque in pulverem, aquæ indidit ebibitq;, ut mortuus in corpore

pore consumeretur, qui vivus ipsi tantum cohabitarat. *Gell. l. 10. c. 18.* Omnium optimè, si quid nos judicamus, sentiunt, qui viduæ vocabulum ducunt ab antiquo verbo iduo, quòd Hetrusca lingua dividere, separare, & privare significat, unde Idus appellatur dies mensem dividens teste *Horat. lib. 4. Carm. O. 11.* & hæc derivatio nostro congruens negotio, placet *Alciato. ad d. l. 242. Gail. 1. Obs. 1. n. 42.* retentaque hac vocis Etymologia, ea tantum foemina nomine viduæ venit, quæ à marito cui juncta fuit, divisa est. Nec etiam usus vocabuli aliud indicat, plerumque enim cum viduam nominamus intelligimus eam, quæ virum, quem habuit, amisit; Imo iduare est privare, divellere, separare, & ad unitatem reducere, quod autem iduatur, divellitur, separatur, & ad unitatem reducit, id prius unitum, conjunctumque sit oportet, privatio enim præsupponit habitum, at nulla potest esse arctior conjunctio & unio, quam conjugam, quippe qui jure Divino unam carnem unumque corpus constituunt. *Gen. 2. v. 24. Matth. 19. v. 5.* unde etiam uxor inter mariti conjunctissimas personas refertur. *l. 3. ff. de liber. caus. Gail. 1. Obs. 133. n. 9.*

§. 2. Ex illis, quæ §. præced. princ. adduximus, apparet, vocabulum viduæ in jure accipi 1. latè & improprie, pro quacunque foemina solitaria, innupta, aut nunquam nupta, & tunc ambitu suo etiam virgines comprehendere, quemadmodum virgo non nunquam accipitur pro muliere. *Terent. in Adelph. Act. 4. Scen. 7.* Cum tamen Virgo proprie sit, quæ adhuc incorrupta Veneris usum nondum experta est *Calvin. in Lex. jur. seu ut Lemnius ait lib. 4. de occult. nat. mirac. c. 22. Cujus hymena integritatis velamen insidiator nondum perfregit, aut cujus uteri recessus intimos, vestibulaque non penetravit.* 2. Strictè & improprie pro ea foemina quæ virum, quem habuit amisit. Stricta hæc acceptio hujus loci est.

§. 3. In Sacris vidua variis designatur epithetis, vocatur misera, solatii expers & indiga, solitaria quæ omnibus infortunii procellis exposita est *Esaiæ 54. v. 11.* unde etiam rectè Germanisdicitur *Wittbe von weiten Weh.* Est enim viduarum calamitas & miseria ultra oculorum & cogitationum aciem ampla ingensque; Græcis dicitur *χήρα, ἡ ἀπὸ τοῦ χαίρειν*, per antiphrasin, scilicet, A 3
quia

quia parvo fruitur & brevi gaudio: Hebræis dicitur Almanach à, vocabulo Alam, quod significat obmutescere, quia multa injuriosa audit, nec tamen obloqui audet.

§. 4. Progredimur ad descriptionem; *Divus Hieronymus* describit Viduam, *cujus maritus mortuus est. c. vidua. 16. distinct. 34. Isidorus. lib. 9. Etymol. c. 8. vidua, inquit, est, quæ cum viro uno fuit, nec circa consortium alterius post mortem primi adhasit, aut conjugalia jura custodit, Panormitano in c. ex tenore. de for. comp. in propria significatione est Vidua foemina, quæ virum, quem habuit, amisit. & hæc nobis arridet. Græci describunt $\mu\omicron\upsilon\omega\ \eta\epsilon\iota\omicron\upsilon\upsilon\ \alpha\iota\omega\ \alpha\iota\upsilon\delta\epsilon\omicron\varsigma$.*

§. 5. Ut autem sciamus, quæ foeminae juribus viduitatis sint munitæ, primùm earum non nullas rejiciemus, & quidem nobis vidua non est Virgo, *Panorm. d. c. ex tenore. n. 9.* nec foemina virgo comprehenditur sub statuto disponente de viduis. *Card. Paris. Cons. 16. n. 2. Vol. 3.* Quemadmodum statutum loquens de muliere, raro vel nunquam ad quaslibet mulieres extenditur, sed vel ad maritatum tantum, vel ad innuptam tantum refertur. *Tiraq. de Leg. connub. gl. 6. n. 40. gl. 8. n. 50. 51.* statuti enim verba strictè & propriè, non latè & impropriè intelligi debent, *Bertach. tr. Gabel. part. 7. n. 27. Menoch. A. J. Q. Q. lib. 2. cent. 4. cas. 321. n. 11.* Nec obstat autoritas *Azonis in sum. Cod. tit. Quand. imper. int. pup. n. 6. Guidonis. Decis. 566. n. 2.* qui virginibus jura viduarum addicunt, nec *Trentac. lib. 2. tit. de Citat. Resol. 2. n. 16. Castillo. l. 3. controuv. c. 25. n. 25. Hillig. in Donell. l. 17. c. 20. lit. B.* qui per viduas etiam divites virgines intelligi volunt. Primo enim respondetur, non deesse qui contrarium statuunt in virgine majorene, parente destituta. *Carpz. l. 2. j. Resp. 19. n. 19. & seqq.* qui etiam *Covarr. & Vultej.* allegat. Secundo cum contraria sententia, quàm *Trentac. Castell. & Hillig.* fovent *dd. ll. communis sit,* non facilè quidem ab ea est recedendum, sed tamen ita exaudienda est, ut loquatur solùm de virginibus Pupillis Orphanis, non quasi sint viduæ propriè sic dictæ, quippe quibus definitio viduæ strictè sic dictæ haud competit, ergo nec definitum *Nicol. Everb. Pres. in Top. Leg. loc. à definit.* nec verum nomen, & per consequens, nec vigor, titulus & effectus nominis. *arg. l. 4.*

7
l. 4. C. de ser. & ib. Odofr. & Salic. Bald. in l. fin. C. de in off. test. sed prout
annumerantur miserabilibus personis, quas enumerat Menoch. lib.
2. A. I. Q. Q. cas. 66. n. 33. Thessaur. Decis. 177. n. 1. quarum Pri-
vilegia sedecim recitat Rebuff. tr. Sent. Provis. art. 3.

§. 6. Ex eadem porro ratione numero viduarum exterminamus etiam meretrices, quarum turpitudine publice venalis est. Covarr. part. 2. de Macrim. c. 8. §. 11. n. 4. ceterasque impudicas & probrosas mulieres, quæ vel libidinis, vel quæstus gratia pudorem prostituunt, hujus generis enim mulieres, tantum abest, ut juribus dignæ, & beneficiis afficiendæ sint, ut potius sint e civitate pellendæ, ne sit ulla meretrix in Israel. Deut. 23. Nec obstat l. 4. ff. de Cond. & turp. caus. per quam Cyn. Sal. & Bart. inferunt donationem meretricibus factam irrevocabiliter non tantum valere; sed & mercedem pactam deberi, & jure à paciscente exigi posse, præterquam enim quod Accurs. Jas. & Zas. ad d. §. 3. contra disputent, & præ cæteris Hotom. in Disp. de Donat. respondetur; conditionis cessantis rationem non esse favorem, quo lex fertur in meretrices, siquidem expressè eas turpitudinis meretriciæ arguit, & inculcat, sed quia ibi sola dantis turpitudine versatur. Huc pertinet, quod meretrix non gaudeat immunitate carceris. Clar. Prax. Crim. quest. 28. n. 3. Boër. Decis. 349. n. 11. Bald. in l. 8. n. 39. C. quom. & quand. jud. cum tamen regulariter foemina carceri includi nequeat. Kil. König in suo Process. c. 103. n. 11. Gomez. Var. Resol. l. 2. c. 11. n. 41. quemadmodum qui rapit mulierem non conjugatam parum pudice viventem, aut meretricem, morte non est afficiendus, stante statuto, ex quo raptor mulieris morte plectendus venit. Hippol. in Prax. Crim. §. diligenter n. 106. Gail. 2. obs. 48. n. 34. Quod si vero meretrix ad meliorem se recipit frugem, viroque nubit, eo decedente, in reverentiam matrimonii pro vidua habenda est. Menoch. A. J. Q. Q. lib. 1. Q. 88. n. 18. Dec. ad l. 2. n. 73. D. de R. J. Capic. Decis. 44. n. 3.

§. 7. Similiter arcemus mulieres, quæ ob crimen, culpamque occasionem desertioni dederunt, quæque divortio, quod fortè per adulterium contigit, viris privantur, hæ enim præter dotem, & donationem propter nuptias, amittunt etiam ex alia sua
sub-

substantia, si filios non habeant, tantum, quantum tertia dotis pars esse agnoscitur. *Nov. 117. c. 8. Gilb. in Arb. crim. tit. 18. n. 24. c. plerumq. ext de don. int. vir. & ux.* imo omni lucro, quod ex pactis dotalibus, & dispositione statuti, soluto matrimonio, ad eas perveniret, cadunt. *Bologni. conf. 23. Job. Nicol. in. repet. l. 5. à. n. 49. ad. 56. C. de Sec. nupt.* quem omnino vide. Adultera enim pro mortua habetur. *D. Luther. in Epist. 1. ad Corinth. 7. Melanb. de Conjug. in Rubr. de mod. Proc. De Paraphernalibus* quæritur, an & illa amittant? *Affirmat gl. in d. c. plerumq. & ibi Card. Zabarel. Ludov. Rom. Sing. 311. Ang. Aretin. tr. malefic. in verb. Che bai adulterato. n. 17. Boër. Decis. 338. n. 2.* ubi hanc sententiam tanquam communem refert cum *Covarr. lib. 4. decret. pr. 2. c. 7. §. 6. n. 2.* Sed rectissime negat *Nicol. Everb. jun. Vol. 1. Conf. 49. Q. 2. à n. 11. ad 33.* ubi d. c. plerumq.;, in quo se fundant affirmantes, doctè exponit. An autem adulterio & desertione vinculum matrimonii solvatur? nostri non est instituti hic tractare, videatur *Arnif. Thes. Polit. tr. ult. c. 5. Sect. 7. 8. c. 6. Sect. 4. 5. 6. 7.*

§. 8. Catalogo viduarum an expungendæ sint concubinæ? forte quis dubitaret, loco siquidem uxorum sunt. *l. 144. ff. de V. S. Vice - sive Semi - Conjuges Cujac. in π. ff. tit. de Concup.* quodammodo legitimas uxores imitari dicuntur *Arnif. d. l. c. 4. Sect. 5. n. 9. 10. 11.* Concubinatus dicitur conjugium *l. 3. C. nar. lib. ἡμίγαμοι* Semimatrimonium. *Cujac. in π. C. de Concup. adde Gothofr. in not. ad d. l. 3. in concubinatu absit ἀπέλγεια, adsitq; σφροσύνη* continentia seu castitas. *arg. Nov. 86. c. 12. n. 4. 5.* nec potest quis concubinæ super inducere aliam, ante quam morte aut *χωρισμῶ* quodam quasi repudio prior sit separata. *Nov. 18. c. 5. Nov. 89. c. 12.* Non potest concubina pro suo concubinario testis esse. *Reub. tr. de Test. part. 2. n. 31. Crot. eod. tract. part. 4. n. 20.* quæ & alia, diligenter collecta à *Just. Mejer. in Coll. Argent. lib. 25. tit. 7. tb. 7.* satis indicant concubinas civium Romanorum parum aut nihil distare à veris uxoribus, concubinatumque sapere naturam matrimonii, ad minimum, naturalis, sive juris gentium, ut ait *Arnif. d. tr. c. 4. Sect. 5. in fin.* quibus accedit, quod Vasal-
lus

9
lus stuprans concubinam domini poenae privationis feudi, secundum nonnullos, subjiciatur, non secus ac si stuprum intulisset uxori domini. *Alvar. ad tit. 5. §. item si fidelis lib. 1. F. n. 12. & ibi Affl. & Raven. Moz. tr. F. Rubr. ex quib. caus. feud. amitt. n. 51.* Sed has quoque censu viduarum ejicimus, honore enim & dignitate ab uxoribus differunt. *l. 49. §. 4. D. de leg. 3. Croc. d. l. uxor est nomen dignitatis, concubina voluptatis Cuiac. act. nov. 22. ne ex testamento quidem succedunt, nisi in quantum leges permittunt. l. 2. §. 8. C. de nat. lib. Nov. 89. c. 12. v. 4. 5.* Concubina concubinariii forum & domicilium non sequitur in favorabilibus, bene in odiosis. *Pruckm. tr. ad l. 9. D. de Stat. Hom. Part. 1. Memb. 1. Art. 6, n. 18. & 26.* Concubina individua vitae socia non est, sed ex nuda voluntate sine divortio dimitti potest. *Sylv. Aldobr. §. 1. Inst. de Patr. Pot. per l. 17. ff. rer. amot. maximè hodiè id dubitationem non incurrit, cum concubinatus Nov. Leon. 91. (cui subscribere jus canonicum per c. Concubinae 32. q. 2. nonnulli putant) & universa Germaniae consuetudine sublatus sit. Arnif. d. l. Sect. 4. n. 5. unde etiam hodiè vasallus sine metu privationis stuprat domini concubinam Laudens. ad d. §. item si fidelis. Vultej. lib. 1. F. 10. n. 31. Arum. Disp. 8. tb. 7. Quod si tamen concubina per matrimonium, etiam in articulo mortis contractum, Liebenthal Exercit. 4. Polit. Q. 4. (An etiam sine dotalibus instrumentis? Affirmat Arum. D. 2. Inst. tb. 16. Schurf. cons. 1. cent. 1. Canonistæ in c. tanta extr. qui fil. sune leg. Negat Just. Mejer. d. l. tb. 10. Ritterb. Part. 4. Nov. c. 1. n. 13. Andr. Gerb. decad. 2. Inst. Q. 9. per Nov. 12. & 18. c. 2. Nov. 22. c. 1.) Incipiat esse legitima & vera uxor, mortuo marito, cum effectu juris etiam incipit esse vidua.*

§. 9. Inter capaces primum obtinet locum sponsa de presenti (utamur sane hac appellatione) desponsata enim viro, conjugis nomen accipit, defloratio virginitatis conjugium non facit, sed pactio conjugalis *Ambr. l. 3. de Inst. Virg. per l. 30. ff. de R. 1. & conjux est, licet nondum virili commixtione cognita sit, aut in cubiculum viri, venerit. l. 15. ff. de Cond. & demonstr. Est vera uxor tam de jure divino quam humano Cothm. Vol. 1. cons. 10. per tot. in ea habet locum lex jul. de adult. l. 13. §. 3. ff. de Adult. l. 7. C. eod*

B

etiam



etiam de jure Divino. *Gen. 19. v. 14. Dent. 22. v. 23. Clar. 5. rec. sent § adulterium. n. 3. Trentl lib. 2. D 32. th 2. lit. B.* ubi dicit, poenam adulterii quoad sponsam de presenti, nondum carnaliter cognitam esse mitigandam. Idem vult *Boër. Decis. 22. n. 38* Item lex Pompeja de Parricidiis. *l. 3. § 4. ff. de Parricid.* sequitur forum Sponsi, etiam ante solennem deductionem, & subsequutam cohabitationem *Gail. 2. obs. 80. n. 10. Pruckm. d. tr. Part. 1. M. 1. A. 6. n. 11.* non potest esse testis in causa sponsi *Bald. & Sal. in l. 2. C. test. Mascard. de Probat. Vol. 3. concl. 1421. n. 4.* Vasallus domini sponsam stuprans feudo privatur. *Zaf part. 10. F. n. 27. Vultej. lib. 1. F. c. 11. n. 31. Rosenh. c. 10. F. concl. 55.* Lex julia de fundo dotali ad sponsum extenditur. *l. 4. ff. de fund. dot.* Præmoriante sponso ante concubitum, sponsa accipit lucrum pactionatum & statutarium. *Castr. n. 4. Bald. n. 4. Alex. n. 10. in l. 1. C. und. vir. & ux.* quod præter multas Doctorum autoritates doctissimis argumentis comprobatur *Cothm. Vol. 2. Cons. 78. n. 79. 80. 81. & seqq.* nec potest lucrum hoc statutarium per alterum conjugem ullo modo, nec actu inter vivos, nec ultima voluntate minui aut auferri. *Wesenh. in Parat. C. de Pact. n. 9. Cothm. d. Cons. n. 169. 170. & seqq. Schurf. Gent. 1. Cons. 86. n. 1. Cremens. Sing. 155. n. 1. Gail. 2. Obs. 126. n. 3. 4. 5.* ubi de lucro pactionato reciproco. præsertim si de proximo est ducenda. *Cothman. d. l. n. 98. 99.* aut oculus intervenit. *Decian. Cons. 15. n. 3. Vol. 3. per l. 16. C. de don. aut nupt.* Sponsa de presenti habet successionem unde vir & uxor, excluso Fisco *Bald. in l. 56. C. de Ep. & Cler. in l. 1. C. und. vir. & uxor. Cothm. d. l. n. 73. Schneidw ad tit. 1. lib. 3. Inst. de success. quart. n. 13. & collateralibus ultra decimum gradum. ibid. per § fin. Inst. de Succ. Cogn.*

§. 10. Hæc autem, quæ de sponsa dicta sunt, fallunt I. in desponsata per verba de presenti, septem annis minore, hujusmodi enim sponsalia resolvuntur in sponsalia de futuro. *c. literas. c. accessit. de Spons. Imp. Gail. 2. Obs. 80. n. 11. Rom. ad ad. d. l. 1. n. 12.* ratio est, quia ad contrahendum matrimonium requiritur ut sit puella viri potens. *Dec. Cons. 681. Bald. & Sal. in d. l. 1.* II. Si culpa & Procrastinatione sponsæ matrimonium non sit consumatum copula carnali. *Boër. Decis. 22. n. 39. Gail. d. l. III.* In sponsa natura

tura

turâ ad coitum inepta & arcta, si enim maritus natura frigidus & impotens non lucratur ex statuto, etiamsi uxorem ad domum suam deduxerit, *Jas. conf. 58. Vol. I. Gail. d. l. n. 12.* aut ex pactis dotalibus. *ibid. n. 13.* cur non idem sit statuendum in muliere & sponsa? IV. Quando pactis dotalibus expressè cautum est, ut, consummato per copulam matrimonio, nach geschēhenen Ehelichen Beylager / ratio lucri pacti demum habeatur. *Gail. ibid. n. 14.* V. Si ita etiam statuto conceptum sit, tunc enim, nisi uxor in mariti cubiculum & thorum pervenerit, superstes conjunx ex alterius defuncti bonis nihil lucratur. *Boc. cl. 1. D. 9. th. 71. Beust. de Matrim. c. 67. Coll. Argent. l. 23. tit. 2. th. 25. n. 14.* De jure Saxonico testatur *Schneidw. lib. 4. Inst. tit. 6. ad §. 29. n. 109.* Secundum quod maritus lucratur dotem mobilem, alle fahrende Habe des verstorbenen Weibes / wenn er das Braut-Bette beschritten hat. quod repetit. *lib. 3. Inst. tit. 1. de quarto Success. ordine n. 21. ubi n. 18. dicit Auth. prætere a C. und. vir. & ux. in sponsa de præsentis locum non habere,*

§. II. Quia monachismo solvitur matrimonium, non secus ac morte *Cujac. ad Nov. 5.* uxor in seculo relicta vidua reputatur, gaudetque juribus viduitatis, à tempore ingressionis viri in monasterium, servando mulieri lucro pactionato & statutorio. *l. 53. §. 3. C. de Episc. & Cler. Nov. 22. c. 15.* siquidem casus mortis in monachismo verificatur, seu quia Monachus mundo dicitur denatus, seu quia dicitur exire matrimonium mundanum (quod tamen facere non potest hodiè nisi conjuge consentiente *c. cum sis 4. de convers. conj. & tot. tit.*) solitariam & sanctimonialium vitam eligens, & contrahere novum cum Deo sive Christo. *c. ex publico eod.* unde & monachica vita dicitur matrimonium spirituale. *Rittersb. part. 6. Nov. c. 11. n. 4. Menoch. lib. 4. Præf. 189, n. 95.* & simpliciter alicui legatum, si nupserit, debetur ingredienti religionem. *Soc. ad l. 74. ff. de cond. & dem. Gail. 2. Obs. 94. n. 17. per Auth. nisi rogati C. ad SC. Trebell. Covarr. 1 Var. res. c. 19. n. 10. licet Bald. Nov. Tr. de doct. part. 6. Privil. 72. n. 2. dissentiat. cujus argumenta refutat Menoch. lib. 4. Præf. 148. n. 14. 15. Baldo autem Novell. consentimus, si ex legatis antecedentibus & consequentibus appareat, testatorem sen-*

fisse de nuptiis temporalibus tantum *Menoch. lib. 6. cons. 556.* item si quid relictum est, si nuptiæ fiant cum certa persona, ut cum Titio *Bald. Novell. d. l. & Socin. ad d. l. 74.* Hinc bona, fideicommissio gravata, alienari possunt pro dote constituenda filiae vel nepti, quæ vult religionem ingredi. *Bart. Bald. n. 13 Jas. n. 18. Ant. Padill. n. 54. Curt. jun. n. 26. Sichard. n. 17. in Authent. quæ res C. commun. de Legat. Menoch. 4. Pras. 189. Q. 8.* quod tamen *Giphano*, quem refert *Rittersbus. part. 6. Nov. c. 11. n. 4.* non probatur. Tradunt etiam DD. stante statuto, quod filia nupta & dotata excludatur à successione, filiam satis nupsisse, quæ religionem, dote accepta, profitetur *Curt. jun. d. l. Ruin. Cons. 121. n. 4. Vol. 5.* & dos ingredienti religionem debetur. *Auth. nisi rogati C. ad SC. Trebell. Natta cons. 296. Vol. 2.*

§. 12. Etsi deportatione, aut, quæ hodiè loco eius est, bannitione *Jacob. Ayer. in Proc. civ. Part. 1. c. 5. obs. 3. n. 48.* matrimonia non dissolvantur *l. 1. C. de repud. l. 24. C. de donat. int. vir. & ux. Nell. de Bannit. part. 3. Secund. temperam. Q. 20. n. 16.* tamen mulier cujus vir banno premitur vel ad triremes condemnatus est. *Gail. 1. Obs. 1. n. 44. & tr. de P. P. 2. cap. 16. n. 3.* vidua reputatur. *Felin. in c. significantibus n. 8. de offic. jud. deleg. habetq;* confiscatis mariti bonis, aut statim à sententia declaratoria banni, licentiam non solum repetendæ dotis. *Bart. n. 28. & Jas. n. 166. in l. 24. ff. solut. matr. & in l. 29. C. de Jur. dot.* sed etiam donationis propter nuptias, quam ex pacto vel statuto lucrari sperabat. *Bart. Castr. & Jas. in d. l. 24. ut & Paraphernalium, cœterorumq; bonorum, quæ testamento vel ab intestato, aut alio quolibet titulo justo habet. Brunnem. ad d. l. 29. n. 3. & 4.* Vir enim bannitus civiliter pro mortuo habetur. *Bald. in Auth. habita. C. ne fil. pro patr. & incipit esse pauper. Nell. d. l. part. 1. sec. temp. Q. 43.* insuper agere potest uxor ad semissem bonorum, stante statuto, consuetudine vel pacto, quod bona constante matrimonio acquisita undecunque, sint communia. *Just. Mejer. in Coll. Argent. lib. 49. tit. 14. sb. 2. n. 12. Gail. 2. obs. 84. n. 14. & lib. 2. de P. P. c. 16. n. 12. 13. 14. 15.* ubi hoc plenissimè deducit. Notetur tamen, quod, ut actio de dote competat, necessarium sit, & probandum, dotem esse numeram

meritam realiter, nec enim creditur in hoc mulieri asserenti, aut mariti confessioni, maxime stante matrimonio factæ, contra negantem fiscum. *Soc. in l. 1. ff. Sol. matr. n. 69. Bellon. conf. 47. n. 4.* An autem uxor virum bannitum sequi teneatur? quæstionis est. Quidam distinguunt inter bannitum innoxie potentia adversariorum, & inter illum, qui culpa sua & delicto in bannum incidit, affirmantque quæstionem de primo, negant de secundo casu. *Pruckm. d. Tr. Part. 1. M. 3. A. 33. n. 16.* Cæterum, si mulier detrectat ad virum redire, cum peregrinari salvo pudore & absque participatione infamiae non possit, aut absque jactura rei familiaris in præjudicium liberorum, indistinctè cogenda non est. *Heig. part. 2. Q. 14. n. 21. Job. Sais ad Consuet. Turon. tit. de Success. A. 9.* Satis enim punitur uxor, si marito cogatur carere præter meritum. & viduam vitam, marito adhuc superstite, vivere. *Bald. in l. fin. C. de sec. nupt. nec etiam potest quis, quod salvis rebus & dignitate non potest. l. 125. ff. de V. S. videatur etiam Bart. in l. 22. §. 7. n. 1. ff. Sol. matr.*

§. 13. Denique quarum viri capti sunt à Piratis, Latronibus, & hostibus, tam in bello cum Turcis, & Saracenis, aliisque infidelibus, quam Christianis *l. 12. §. 4. ff. de Capt. & Postl.* aut sunt furiosi, mente capti, aut alias simplices, ita ut rerum satagere suarum non possint. *arg. l. 22. §. 7. ff. Sol. matr.* item quarum mariti in metallum damnati sunt, & generaliter omnes uxores qui mariti auxilio & consilio destituuntur, aut malitiose sine culpa deseruntur, aut ipsæ jure deserunt, nomine viduarum veniunt, beneficiisque viduitatis afficiuntur, quia in his militat eadem ratio, inopia scilicet consilii, ergo idem jus statuendum, & hoc est, quod dicit *gl. in l. fin. l. ad Leg. fav. de Plagiar. Jas. in l. fin. n. 3. ff. de offic. ejus cui mand.* uxorem reputari viduam si maritum inutilem habeat, consentit *Cotta. in memorab. verb. vidua & Ecclesia dicitur viduata quæ habet Episcopum inutilem. c. sed. neg. istud. de transl. Episc. & ibi gl. Covarr. part. 9. c. 7. n. 2. Alciat. ad l. 242. §. 3. ff. de V. S.*

§. 14. Expositis foeminis, quæ jurium viduitatis incapaces & quæ capaces sunt, ipsa jam jura favorabilia pertractanda se



offerunt: Et primo quidem vidua nobis considerabitur ut talis, quomodo spectata, egregia habet jura. Primò enim miserabilibus annumeratur personis *Mascard. de Probat. cond. 1064. n. 2. Cephal. conf. 748. n. 16. Vol. 5. Afflict. Decis. 257. n. 7.* non tantum habitu & actu vidua. i. e. egens & pauper, quod modo vult *Bald. in c. significantibus. n. 3. de offic. deleg. Alex. ad l. 1. n. 15. ff. Sol. matr. & conf. 121. n. 14. Vol. 1.* sed etiam habitu etsi non actu. i. e. divites. *Rol. à Vall. Conf. 76. n. 45. Vol. 1. Mascard. d. l. n. 4. Menoch. A. 7. Q. lib. 2. cen. 1. Cas. 66. n. 3.* nec enim divitiæ, sed viduitatis conditio in considerationem venit. *Natta. conf. 590. Vol. 3. quem allegat Gail. 1. obs. 1. n. 40,* item consilii inopia, imbecillitas sexus & mariti carentia *Trentac. lib. 2. tit. de Citat Resol. 2. n. 16. Castillo. lib. 3. contr. c. 74. n. 75.* imo Augustam & Reginam viduam *Dec. in c. ceterum n. 4. de judic. quem refert Borcholt. cap. 10. F. n. 27.* miserabilibus annumerat.

§. 15. Gaudet ulterius vidua privilegio fori summi Principis, ut adversarios suos statim in prima instantia, omisso judice inferiori, ad curiam Principis trahere possit. *l. unic. C. Quand. Imper. int. Ruland. Tr. de Commisf. Part 4. lib. 2. c. 4. n. 42.* ubi refert præjudicium rejectæ exceptionis *der Außstrage* & acceptatæ in Camera causæ, subditque huic etiam contrarium præjudicium, idque procedit non tantum incivilibus, sed etiam in causis criminalibus. *Castillo lib. 3. contr. c. 25. n. 2.* nec potest vidua huic privilegio renunciare *Castill. d. l. n. 23. Natta conf. 590. Vol. 3* competit etiam ei, qui cum vidua communem causam habet. *Castill. d. l. n. 29. adde Brunnem. ad d. l. n. 16.* Quemadmodum ratione connexitatis major 25. annis fruitur privilegio minoris, quoad petendam restitutionem in integrum. *l. 10. pr. ff. Quemadm. serv. amitt. Gail. 1. de P. P. c. 6. à n. 17. ad 30.* ubi de connexitatis effectu & potestate. Hoc autem Privilegium in Camera non observatur, sed Principes & Status Imperii in causis viduarum & miserabilium competentes sunt judices, nisi in casu denegatæ & protractæ justitiæ *Gail. d. Observ. 1. n. 40. Emer. à Rosba. in Proc. Civ. tit. 3. ad Statuum tamen & Principum Imperii summa Tribunalia viduas adhuc immediatè confugere posse, Author est Carpz. lib. 6. Resp. Elect.*

Elect. 19. cessat etiam hoc privilegium, si, sublevando viduas, alios injuria afficimus. *Abb. inc. ex tenore n. 4. extr. de for. comp.* aut si viduæ lis est cum alia miserabili persona magis privilegiata. *Salgado in Labyr Part. 1. c. 7. n. 46.* Orphani autem & viduæ magis sunt privilegiati quam Scholares *Salgad. d. l. n. 47. Castillo d. l. n. 27.*

§. 16. Tertio, juxta nonnullos vidua habet quoque optionem adeundi aut Principem aut Judicem Ecclesiasticum. ita sentit *Abb. n. 6. Fel. n. 6. in c. significantibus ext. de offic. deleg. Bald. in Auth. ad hęc n. 14. C. de Usur.* quod & procedere ait *Abb. in c. 2. ext. de Censib.* quando vidua immodicarum collectarum impositione aggravatur. Quidam hoc extendunt etiam ad causas feudales. *c. ex parte & ibi Bald. extr. de foro compet.* non tantum in controversia possessionis, quæ opinio est *Pruckm. d. tr. ad l. 9. D. de Stat. hom. part. 2. H. 1. n. 9. ubi gl. & Abb. in d. c. ex parte* consentientes allegat: sed etiam in petitorio, & causa proprietatis, & sic indifferenter optionem hanc locum habere, ait *Borcholt. c. 10. F. n. 27. allegans Menoch. 3. remed. retin. poss. n. 413. Schrader. etiam part. 10. F. Sect. 2. n. 34. & seqq.* fatetur, viduam feudo spoliata remedio recuperandæ possessionis uti posse juxta *d. c. ex parte.* licet in investitura promiserit, quod in feudalibus causis coram alio quàm feudali judice litigare nolit, videatur etiam *Rosentb. c. 12. F. concl. 1. n. 18. 19. 20.* Verum enim vero, an facultas declinandi ordinarii judicis ab Imperatoribus & Pontificibus viduis, miserabilibusque personis cæteris concessa, sit ad feudalialia extendenda? ad dubitamus, siquidem Scholari judices sui privilegiati *per Auth. habita C. ne fil. pro patr.* in causis feudalibus nihil proficiunt. *Rosentb. d. l. n. 16.* & Clerici, quibus alias declinandi fori secularis gratia facta est, judici feudali se submittere debent. *Ferr. Montan. lib. 5. F. c. 1.* sive nomine Ecclesiæ sive suo conveniantur. *Rosentb. d. l. n. 13. Arum. Diss. F. 1. tb. 4.* ubi *Barbatie* dissentientis argumenta refutat. Quin & Duces, Principes, & alii immediate Imperio subjecti, qui habent jus Austrægarum in prima instantia, quod deducit *Just. Mejer. in Coll. Argent. lib. 5. Tit. 1. tb. 256. & seqq.* in controversia feudali, non obstante vigore ordinationis Imperii *der Austräge* agunt & conveniuntur coram Imperatore, aut

aut Camera Imperiali. *Rosentb. d. l. n. 27. 28. Gail. 1. Obs. 29. & 30.* generalitati enim *d. l. unic.* & ordinationis Camerae *Part. 2. Tit. 2. 3. 4. 5. 6.* derogatur per dispositionem feudalem specialem, non contra *Rosentb. d. l. n. 18. & 28.* nec etiam hodiernus Imperii status ejusmodi usum privilegii fori patitur, nec in Ecclesiasticis terris & iudicibus amplius usurpatur. *Vultej. lib. 2. F. c. 2. n. 22.*

§. 17. Certius privilegium est, quod viduis datur in tractandis causis, si enim rem in iudicium deferunt, summarie, de plano, sine strepitu & figura iudicii, ordine juris non observato, velo levato proceditur *Vultej. 2. juris pr. Rom. c. 21. Marant. Tr. Ord. Iud. Part. 4. dist. 9. n. 77.* & hoc iudicium dicitur extraordinarium, summarium, quod sit brevi tantum annotatione, sive ut Imperator dicit *ἐν χήματι ὁδῶν μειώσεως Rittersb. Part. 9. Nov. c. 3. n. 16.* in quo naturalia iudiciorum, ut Citatio, brevis narratio, & causae expositio, probationes, cognitio causae saltem aliqua, & levis, & sententia, non autem civilia, ut libelli oblatio, articuli, litis contestatio, &c. requiruntur. *Rittersb. d. c. 3. n. 20. 21. 22.*

§. 18. Regulariter quidem diebus festis lites & causae quiescunt *l. 1. C. de Fer.* maxime diebus Solis & ad honorem cultumque Dei ordinatis *l. 7. ff. & l. 7. C. eod.* ita ut citatio ad diem festum nullam citato comparendi necessitatem imponat. *Gail. 1. Obs. 23. n. 8.* ubi de sententiae, contra taliter citatum & non comparentem latae nullitate agit. Sed hoc inter alios casus, quos diligenter collegit *Rosbach. in Proc. civ. Tit. 38. à n. 12. ad 16.* maxime fallit in causis summaris & viduarum, quae tractari & peragi possunt diebus feriatis & feriis Divinis *Tiraq. Tr. Piar. Caus. us. 52. c. ult. dist. 76. Brunnem. ad l. 2. C. de Fer. Gail. 1. Obs. 53. n. 13.* ubi ex mente Socini addit, quod in his casibus, qui diebus solis peragi possunt, valeat etiam citatio ad diem feriatum, tanquam iudicii principium.

§. 19. Iudex etiam regulariter suum officium justè non interponit, nisi imploratus à partibus. *Cotbm. Vol. 4. conf. 35. n. 12.* Sed ab oppressionibus malignantium iudex ex officio non petitus vindicabit viduas. *Specul. in tit. de offic. omn. iud.* etiam in causa absentis, contra quem iudex procedit in contumaciam *Vasq. 2. Contr.*

Contr. c. 39. n. 21. item si factum ex actis appareat. *Myns. Dec. 3. Resp. 25. n. 7.* & in causis viduarum, dotis, piis, & miserabilium personarum sine macula suspicionis factum supplere potest & debet. *Affl. Decis. 371. n. 2.* quod tamen alias supplere non potest, si suspicionem & justam sui recusationem evitare velit. *Sigism. Scaccia de Judic. lib. 2. c. 7. n. 34.* Quod attinet jus, illud iudex supplere potest *per l. un. C. ut quæ des. Adv.* etiam municipale incerto volumine registratum. *Gutierrez. de jurum. confirm. Part. 2. c. 70.* & notoriè consuetudinarium. *Mascard. Concl. 1109. n. 17. vid. Brunnem. ad d. l. un. n. 1. 2. 3.*

§. 20, In favorem viduarum cedit quoque, quod causæ earum in foro etiam seculari secundum Canones, siquidem legibus civilibus fuerint contrarii, decidendæ sint. *Neviz. in Sylv. Nupt. lib. 6. n. 44. Fel. in d. c. significantibus n. 6.* & alii quos allegat. *Pruckm. d. Tr. Part. 2. A. 1. n. 14.* non secus ac si materia controversa concerneret peccatum & animæ periculum *Job. de Anan. in c. fin. de jurejur.* aut esset in jure Canon. expressè decisis casus, jure civili vero dubius, disputabilis, & variis Interpretum opinionibus involutus, tum enim etiam in Foro seculari Canonibus standum est. *Mart. Vran. Vol. 1. conf. 22. n. 6.* cum tamen alias jus canonicum in foro canonico, civile in terris imperii vigeat. Vide *Rittersb. de differ. jur. Civ. & Can. in Proem.* Quod autem non valeat rescriptum adversus viduam impetratum, si de ejus viduitate in impetratione non sit facta mentio. *Fel. in d. c. significantibus n. 6.* propter brevitatem peculiari thesi indignum putamus.

§. 21. Hoc quoque in favorem viduarum inductum est, quod illis cæterisque miserabilibus personis iudex ex officio, etiam non imploratus, Advocatos & Procuratores, quia eas in iudicio tuentur, dare debeat. *l. 9. §. 5. ff. de offic. Procons. Bart. ad l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. cui affine videtur id, quod tradit Pruckm. de Tr. Part. 1. M. 2. A. 1. n. 10.* Fœminam pro miserabilibus Personis & viduis postulationem subire posse, cum regulariter ei, pro alios postulare, interdictum sit. *Castr. n. 3. in l. 1. §. 6. ff. de Postul. Dec. n. 9. Cogn. n. 6. l. 2. in ff. de R. J. Covarr. lib. 1. var. Resol. cap. ult. n. 1.*

§. 22. Nota porro, à communi opinione ordinariè receden-

C

den-

dendum non est, & quod plurium Doctorum autoritate firmatur, licite observatur in iudicando. *Jas. in Auth. uovissima. n. 22. C. de inoff. test.* excusaturque iudex eam sequens, licet in rei veritate non esset Juridica. *Mart. Uran. Vol. 1. Conf. 2. n. 19. 20.* imo punitur, & litem facit suam, qui in iudicando eam non sequitur. *Bart. in l. fin. C. de Pœn. jud. Ang. ad §. 1. Inst. Quib. mod. jus. Patr. Post. solv.* de firmitate tamen communis opinionis videatur *Heinr. Nebeltrae Decis. 1. item Menoch. 2. Prasf. 71.* Ubi communis opinionis observantiam sex illustravit extensionibus & decem limitationibus, quarum non postrema nostra, scil. in causa, contra quam stat communis opinio, valde favorabili, ut matrimoniali, viduarum & pupillorum, opinionem adversus communem esse retinendam. *Neviz. in Sylv. Nupt. lib. 5. n. 73.* quem citat *Menoch. d. l. n. 30.* imo unius Doctoris Clasici *Zaf. conf. 2. n. 83. Vol. 2. Natta. conf. 249. n. 7. Vol. 2.* quos allegat *Gail. 2. Obs. 94. n. 19.*

§. 23. In dubio pro reo statuendum est *l. 125. ff. de R. J. & ib. Gothofr. in. not. l. 38. ff. de Re jud. & ad illam Brunnem.* licet sit per accidens actor ut quando reus experitur remedio *l. diffamari. C. de ing. manum.* vel si petit cancellari Instrumentum, quod habet, qui se jactat creditorem. *Dec. conf. 487. conf. 686. & ad d. l. 175. ibique Cognol. n. 4. Cas. Conrad. ad d. l. diffamari.* Licet pro actore extent clariore testes. *Abb. inc. forus de V. S.* ut pro actore masculi sive Clerici, foeminae sive Laici pro reo. *Marsil. conf. 2. n. 19. & 21. Bart. ad. l. 11. C. de his. qui accus.* quod etiam in criminalibus procedit, *Dec. in l. 4. n. 16. C. de edend. & Conf. 564. n. 2.* etiamsi actor Fiscus, reus privatus esset. *Covarr. 1. Var. Resol. c. 16. n. 4.* At si actor agit pro causa favorabili, pro matrimonio, dotè pro causa pia aut viduarum, favor illius prævalebit favori rei conventi *Dec. n. 3. Cognoll. n. 7. ad d. l. 125.* videatur etiam *Menoch. 2. Prasf. 90.* ubi favorem rei extendit & limitat.

§. 24. Regulariter reus non tenetur actorem documentis suis edendis armare. *l. 1. C. de edend. l. 7. C. de Testib.* ne videatur proprio se jugulare gladio. *Nic. Everb. jun. Vol. 2. Conf. 27. n. 9.* nisi forte ad replicationem actoris fundandam *Bart. n. 2. Barbos. n. 6. ad l. fi. C. de edend.* & actore non probante reus, etsi nihil præstite-

stiterit absolvendus est *l. 4. C. eod.* potest tamen actor nihil probans deferre reo juramentum judiciale, quod referendum à reo, aut præstandum est, ni velit causa cadere. *l. 38. ff. de iurejur.* *Debeltrae Decis. 12.* ubi hanc sententiam acriter defendit, consentit *Berlich. Part. 1. Concl. 29. n. 8.* & alii quos allegat *Cothm. Vol. 2. conf. 82. n. 12. 13. & seqq.* qui tamen sententiæ huic à *n. 19. ad fin.* plane contradicit, adductis multis rationibus, idem facit *Seiser. Tr. de juram. lib. 4. c. 10. n. 4.* Inter cæteros tamen casus, quos enumerat *Menoch. 2. A. 1. Q. cas. 499. Min. dan, de Mandat. lib. 2. c. 48. n. 10.* reus tenetur edere instrumenta viduis & miserabilibus personis ad fundandam earum intentionem. *Cephal. conf. 165. n. 7. lib. 2. Menoch. d. l. Cas. 66. n. 4. 5. Ruland. de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 19. n. 10.* Notetur obiter quod actor reo edere teneatur instrumenta, etiam quibus actor usus non est, modo reus eis uti velit. *Nicol. Everb. jun. Vol. 2. conf. 27. n. 10. perl. fin. C. de edend. §. 1. n. §. 3. ff. eod.*

§. 25. Disputatio jam ante inter Doctores incruduit, an usuræ ultra alterum tantum à quovis hodiè exigi possint? Affirmat *Cothm. Vol. 2. conf. 52. Vol. 4. conf. 22. Petr. Surd. conf. 302. n. 2. Vol. 2.* Qui tam diu usuras præstandas esse volunt, quamdiu durat mutuum, licet ad centum, vel mille annos duraret obligatio: Alii, inter quos est *Christoph. ab Hagen. Tr. de Usur. usurar. c. 5. n. 153. Sigism. Finckelth. obs. 40. n. 7. 8.* iis assentiuntur, si quotannis creditor usuras perceperit, non, si, cessante solutione, usuræ ad sortis quantitatem excreverint. Alii indistinctè exactio-nem ultra duplum pernegant, sive per vices temporum solutæ, sive à debitore retentæ, processu annorum sortem exæquent, Hoc doctissimis rationibus defendit *Otto Tab. in Præsiõ debit. egent. Part. 2. art. 3. Petr. à Well. Tr. de Usuris Bened. Carpz. in Asyl. debit. à tb. 15. ad 24.* ubi disputat contra *Cothmannum.* adde *Brunnem. ad. l. 27. C. de Usur.* Quicquid sit, hæc nostræ deliberationis non sunt, illud tamen verum est, quod miserabiles personæ, piæ causæ & viduæ respectu usurarum suarum exigendarum & percipiendarum fræno usurariorum communi, ne scilicet ultra alterum tantum usuræ exigantur, ligatæ & constrictæ non sint, licentia

ultra duplum exigendi concessa, consuetudine potius, quam errore juris fundamento *Finckelth. d. l. n. 25. Christ. ab. Hag. d. l. Tab. d. tr. part. 3. Sect. 2. A. 1.* non tamen sine æquitatis ratione, usuræ enim à viduis non petuntur ut tales, licet de iis convenerit, sed ut interesse. *Panorm. in c. conquestus. ext. de usur. & quia intuitu harum personarum mora à debitoribus reipsa fit. l. 26. §. 1. ff. de fideicom. libert. videatur Carpz. d. l. tb. 27.* ubi refert responsum Scabinatus Lipsiensis, Electori Saxonie super quaestione: *Ob die Zinsen über das alterum tantum zu zahlen? Ao. 1645.* submissè in favorem viduarum & miserabilium personarum affirmative exhibitum.

§. 26. Solet debitoribus pauperatis à summo Principe *l. 2. C. de prec. Imper offer. Ord. Polit. August. Ac. 1548.* & cæteris Imperii Statibus concedi rescriptum moratorium, Germ. *Quinquenel, Anstand* quod tutum facit debitorem ne intra tempus certum exactione rigorosa vel incarceratione vexetur: Tamen contra Ecclesiam creditricem, aliamve piam causam. *Manz. in Patr. debit. dec. 4. Q. 9. n. 67.* contra viduas & miserabiles personas, ex hac moratoria dilatione debitoribus haut prospectum est. *Menoch. A. 1. Q. cas. 203. n. 20. Manz. de Q. 9. n. 69. Carpz. d. l. tb. 61. 62.*

§. 27. Debitorum infortunio, calamitate belli, vel mala temporum conditione ad inopiam redactorum favor est magnus, earumque præsidia accuratè deduxerunt multi, inter quos *Manz. Mevius, Otto Tabor & Carpzovius* non infimi. Tamen præponderat favor viduarum, Orphanorum, & miserabilium, cum enim hi creditores nullo vitæ genere alio victum acquirere, & de quotidianis alimentis sibi prospicere valeant, nec proinde sua à debitoribus exigentes de ullo lucro captando, sed de damno vitando agant, aliis, facultates suas augere, laborantibus, illis præ his magis favendum erit, & calamitati debitorum ita ignoscendum, ne creditores penitus egeant, & debitoribus alimenta supersint, præsertim cum privilegii exercitium contra privilegiatum cesset. *Hippol. sing. 681. quem allegat Carpz. d. tr. tb. 87.*

§. 28. Legatum pupillis, miserabilibus & viduis relictum, præsumitur

mitur

mitur ad pias causas & usus legatum, gaudetque privilegiis piæ causæ, quæ *Tiraq.* in integrum redegit tractatum, videatur, etiam *Menoch. A. 7. Q. lib. 2. Cas. 66.* An autem, quod obiter hic inferitur, legatum meretrici vel concubinæ relictum, ut honestiori se mancipet vitæ, turpitudine ejurata, dicatur legatum ad pias causas? quæstionis est. Placet id *Tiraq. d. tr. Bald. in l. 23. C. de nupt. Bertach. Tr. Episc. lib. 4. Part. 4. n. 82. Lup. in Rubr. de don. int. vir. & ux. §. 37. n. 8.* quod *Menoch. lib. 4. Pres. 115. n. 26. 27. 28. 29.* non concedit, nisi sit relictum concubinæ vel meretrici alterius, cum qua legans rem nunquam habuit, aut concubinæ quidem propriæ, sed diu abdicatæ *Natta. conf. 559. n. 6.* non in concubitu existenti cum legante tempore testamenti. *Lancell. Galliaul. ad Consuet. Alexandr. in verbo maritus n. 38. & 53.*

§. 29. Singulariter viduas erigit pauperes, quod Advocati, Procuratores & Notarii intra numerum, gratis, sub pœna pecuniaria aut remotionis causis vidualibus inservire debeant. *Brunnem. ad l. 7. C. de Postul. Felin. in c. 1. de offic. jud.* ubi hoc ad Medicos extendit, & à vidua paupere aliquid exigens ratione præstiti patrocini mortaliter peccare dicitur. *Gail. 1. obs. 43. n. 14. Cacial. de Advocat. Q. 3.* Sic iudex inferior gratis pauperibus edat acta ad Cameram, gratisque iis administret justitiam quilibet iudex; Commissarii ad examinandum testes officium gratis impartiri debent, *Gail. d. l. d. n. II. ad 29. Ruland. Part. 1. de Commis. lib. 6. c. 12.* ubi *n. 10.* dicit, testes suis, comparere debere sumptibus, aut iudicem iis de publico expensas deputare debere. *Grot. de Test. Part. ult. n. 413.* Præstent autem juramentum paupertatis, si hoc velint juvari beneficio *Gail. d. l. quis vero pauper sit habendus? arbitrabitur iudex. Fab. de Pep. n. 72. jas. n. 148. in Auth. Præterea. C. und. vir & ux.* in Marchia is qui paupertatis auxilio uti vult, jurabit se 30 Florenos in bonis non habere *Pruckm. Vol. 2. conf. 16. n. 17. 18.*

§. 30. Jure Codicis personæ in proximo constitutæ domibus & possessionibus suis, fisco vindicandis, carebunt, in quibus euditur falsa moneta, licet ignoraverint crimen: Præter pupillos tamen excipiuntur etiam viduæ, quarum in proximo constitutarum

rum ædes & possessiones proscriptionis injuriæ minimè subjacent, si modo nulla apud ipsas tam gravis conscientia noxa resideat. *l. 1. C. de Fals. mon. & ib. Brunnem.* Quod autem viduis hic indulget Imperator Constantinus, id ex *Const. Crim. Car. Quinti Art. III.* ad omnes porrectum est, videatur *Carpz. Q. 42. n. 119.* Monetarii qui falsam cudunt monetam flammaram exustionibus mancipantur. *l. 2. C. de fals. mon. Nic. Everb. jun. Vol. 1. conf. §4. Brunnem. ad d. l. 2. just. Mejor. in Colleg. Argent. lib. 48. tit. 10. ib. 4. & 14.* ubi ex Recess. Imperii, quid juris sit hac de materia, illustrat.

§. 31. Viduam uxorem similiter multa juris solamina recreant, uxores enim corruscare radiis maritorum dignitateque eorum rutilare, notissimi juris est per *l. 10. & 28. C. de Nupt. l. 13. C. de Dignit. l. 9. C. de Incol. Lib. 10,* undè maritus Nobilis vel Patricius uxorem plebejam ducens, facit & reddit eam participem omnium jurium & Privilegiorum, quibus mulieres genere nobiles gaudent, nobilitatisque. *l. 8. ff. de Senat. Tiraq. de Nobil. c. 18. & nominis ab officio suo, Benckend. ad l. 2. ff. de R. J. Bart. n. 2. Castr. n. 3. jas. n. 15. ad l. 15. C. de V. S. Quemadmodum è contrario virgo genere nobilis nubens viro ignobili efficitur ignobilis. Bart. n. 3. Cast. n. 3. jas. n. 27. ad l. 5. nec liberi matris nobilitate adjuvantur. Pruckm. Tr. ad l. 9. ff. de Stat. hom. Part. 1. M. 3. A. 9. n. 13. ubi Reginam, Ducissam, vel Comitissam maritum ignobilem splendore illustrare suo, ait. videatur *Brunnem. ad l. 10. C. de Nupt. n. 5. 6.* qui ex sententia *Salic. Sichard. & Cagnoll.* concludit, virginem dignitatem generis propter matrimonium cum inferiori marito non amittere. Hanc vero dignitatem uxores viduæ factæ retinent, donec ad vota transierint secunda. *Carpz. Part. 4. Const. 21. Def. 11. n. 6.* Unde Regis vel Comitis vidua in viduitate Regina vel Comitissa salutatur, retinetque regales Dignitates *Bart. ad d. l. 5. Panorm. in c. ex parte n. 2. extr. de for. compet. & viduæ Scholarium & Studiosorum privilegia retinent, scribente Cothm. Conf. Acad. 15. Siebentahl. Diss. 1. de Privil. Stud. th. 4.* Cum etiam Doctores & Licentiati nobiles sint *Job. Milaus ad Const. Franc. Rubr. 22. des enquestes gl. 2. n. 6. Prosp. Caravit. Rit. Neapol.**

Neapol. 142. n. 7. & eorum uxores plebeæ nobiles factæ, viduæ nobiles manent.

§. 32. Non leve quoque solamen est viduis, quod primum matrimonium tempore viduitatis semper dicatur stare *Rol. à Vall. Conf. 14. n. 46. per l. fin. C. de bon. mat.* censetur enim vidua cum viro defuncto adhuc una caro *Greg. Tholos. Synt. jur. univ. lib. 9. c. 4. n. 12.* defuncti viri imago in qua vir mortuus vivit. *Oli- ver Text. Tr. de Success. ab int. n. 113. Seb. Medic. Tr. Mors omnia solvit. Part. 3. n. 103. Ceph. Conf. 416. n. 40. Vol. 3.* Hinc etiam Vasallus viduam Domini stuprans, stuprare affectans, stuprare vo- lenti operâ suâ aut consilio assistens, eam stuprandam alteri tra- dens, sive id fiat intra annum luctus, quo casu tantum concedit *Rol. à Vall. conf. 86. n. 40. Vol. 2. Borcholt. c. 8. F. n. 97.* sive post. *Rosentb. c. 10. F. Concl. 27. 28. Arum. Diss. F. 8. tb. 5.* sive libe- ros ex defuncto Domino habeat vidua, sive non. *Rosentb. d. l.* sive consentiat vidua, sive non. *Zaf. Part. 10. P. n. 27.* feudo cadit *Arum. Rosentb. dd. ll.* quamvis multi quos allegat *Vultej. lib. 1. F. c. 11. n. 31.* malint Vasallum sine metu caducitatis cum Domini vidua consuescere. Heres etiam post mortem testatoris concumbens cum uxore testatoris efficitur hereditate indignus. *gl. in 10. C. de his quib. ut ind. Nicol. Everb. jun. Vol. 1. Conf. 3. n. 30.*

§. 33. De jure uxor Mariti familiam, patris deserens *Pruk. d. tr. part. 1. M. 3. A. 22.* domicilium & forum sequitur, quoad juris munerumque civilium effectus *Ceph. conf. 246. n. 14. Vol. 2. gl. in l. 4. C. de Munic. & orig.* retinetque ea omnia vidua facta. *Bart. in l. fin. C. de V. S. n. 4. in l. unic. C. de Mulier. in quo Sc. lib. 10.* non solum ratione successionis. *Marzar. conf. 9. n. 6. Aug. Beroj. conf. 154. n. 4. Vol. 2.* & Dotalitii constituendi, sed etiam dotis exigendæ. *l. 65. ff. de judic.* licet sponsalia & nuptiæ in do- micilio uxoris celebratæ, pacta quoque dotalia inibi facta sint. *Brunn. ad d. l. unic. n. 3.* videatur etiam *Schneidw. ad inst. lib. 3. tit. 1. de quart. success. n. 4. 5. 6.*

§. 34. In hoc quoque vidua erigitur, quod dotis repetitio- nem habeat, redeunte dominio civili, quod stante matrimonio penes maritum erat. *l. 23. C. de jur. dot. l. 13. §. 2. ff. de Fund. dot.*

dot. ad uxorem, quæ habebat matrimonio durante, tantum dominium naturale. *l. 30. C. de jur. dot. l. 25. ff. eod. Carpz. part. 2. Const. 42. Def. 19. n. 20.* cujus respectu res dotalis etiam dicitur permansisse in dominio uxoris *Just. Mejer in Coll. Arg. lib. 23. tit. 3. tb. 18.* & quidem dos immobilis restitui statim debet cum fructibus, pro portione ejus temporis, quod in anno, quo matrimonium solutum erat, supererat. *l. 7. §. 1. ff. Sol. matr. Just. Mejer. d. l. lib. 24. tit. 3. tb. 10.* ubi computationem istius anni deduxit; si tamen mora in restituenda re immobili fiat, fructus à tempore moræ præstabuntur. *l. unic. §. 7. C. de rei uxor. act.* Dos mobilis intra annum, aut à tempore moræ æstimationis usuras trientales. i. e. 4. pro centum mariti heredes præstabunt. *d. §. 7.* restituatur etiam res cum omni accessione & augmento. *l. 10. §. 1. ff. de jur. dot.* etiam Thesauro ratione fundi dotalis pro alieno habendo, nisi à marito inventus pro dimidio retineatur. *l. 7. §. 12. ff. Sol. matr. Gars. Tr. de Expens. c. 13. n. 3. Nebelkræ decis. 10.* Hæc obtinent in dote inæstimata; Quid juris sit in æstimata? videatur. *l. 10. C. de jure dot. l. 30. C. eod. & ibid. Brunnem. Colleg. Arg. lib. 23. tit. 3. tb. 13. & seqq. Brunnem. ad. l. 14. n. 4. C. de don. ant nupt. & ad l. 1. C. de Fund. dot.*

§. 35. Licet uxor actionem dotisin iudicio movere debeat, nec ipsi permissum sit propria autoritate rerum dotalium possessionem ingredi *l. 9. C. Sol. matr.* tamen si possessio sine vitio ad uxorem pervenit, poterit jure retentionis uti, in omnibus bonis mariti defuncti, propria autoritate, non expectata iudicis licentia *Carpz. part. 2. jurispr. for. Const. 25. Def. 8. Berlich. Part. 2. Concl. 32.* etiam in bonis feudalibus pro iis, quæ ex bonis feudalibus secundum regionis morem pendenda sunt. *Fachsius Conf. 6. n. 3. 4. inter. Conf. Mod. Pistor. Vol. 2.* Imo indistinctè, si more provinciali feuda in subsidium sint obligata æri alieno exsolvendo. *Coler. in Proc. Execut. part. 1. c. 2. n. 189. Wesenb. part. 1. conf. 77. n. 9.* utitur etiam hoc jure pro dotis additamento, debito statuario & provinciali *Böer. Decis. 44. n. 36. Curt. jun. Conf. 169 n. 36. Joseph. Ludov. decis. 12. n. 18. part. 1. Bald. Novell. Tr. de dot. Part. 8. Privil. 1.* Unde etiam uxor à viro heres instituta

stituta per habitationem & usum rerum hereditariarum non intelligitur mariti hereditatem adiisse, sed potius jure retentionis pro rebus suis mariti res & domum detinuisse *Afflict. Decis. 372. n. 1.*

§. 36. Quo mulieri vel viduæ dos sit eo securior, induxerunt jura pro dote in bonis mariti tacitam hypothecam cum prælatione omnium mariti creditorum tam tacita (quod Ultramontanis placet) quam expressa jura anteriora habentium. *l. 29. l. 30. C. de jur. Dot. l. ult. C. qui pot. in pign.* Hanc sententiam etiam alii multi Doctores defendunt, quos allegat *Cothman. Vol. 3. Conf. 21. n. 20. 21. & seqq.* ubi testatur, in Facultate Juridica Rostochiensis hanc semper observari. *Myns. obs. 13. cent. 4.* secundum hanc jus in Camera dici testatur. *Gæd. Conf. Marp. 24. n. 301. Vol. 1.* adducit approbationem Collegii Marpurgensis Juridici. *Besold. Dissert. de Pign. juris municipalis Wurtembergici. Pruckm. Vol. 1. Conf. 47. n. 119. & Brunnem. ad l. 19. C. de donat. ant. uupt. n. 11. & ad l. ult. C. qui pot. in pign. n. 19.* testatum eunt, in Electoratu Brandenburgico & Camera Brandenburgica dotem præferri omnibus hypothecis etiam expressis anterioribus. Approbat etiam *Rittersb. part. 5. Nov. c. 3. n. 4. Arum. Disp. 14. π. tb. 9. & Disp. 5. Inst. in fin.* ita ut in jure illa sit inconcussa veritas, quicquid obloquuntur. *Zaf. ad §. 29. Inst. de Action. n. 22. 24. Jaf. n. 72. Gail. 2. Obs. 25. n. 9. 10. Carpzovio, qui part. 1. Jurispr. for. Const. 28. Defin. 64. 65. n. 15.* defendere conatur, Justiniani Constitutionibus contrario usu abolitæ, anteriores cum hypotheca expressa uxoribus saltem de consuetudine præferri, reponimus Præjudicia & jura superiora; Deinde facile ei hoc concedimus, quippe qui loquitur de usu Fori Saxonici, *ex Constitutione Electoris Augusti 28.* per quam Creditores cum anteriori expressa: *So ältere ausdrückliche Verpfändung haben / mulieri in dote præferuntur.*

§. 37. Non tamen semper vidua jure prælationis gaudet; I. enim mulier & Fiscus concurrentes paribus ambulant passibus, & prior tempore posteriorem excludit *l. 2. C. de privil. Fisc. & ad illam Brunnem. l. 9. C. de jur. Dot.* scilicet si Fiscus creditor est ex contractu, non autem ex delicto, tunc enim Fiscus omnibus ex contractu creditoribus postponitur per *l. unic. C. de Pæn. Fisc. cred.*

D.

præf.

præs. Peregr. de jur. Fisc. lib. 4. tit. 8. n. 11. Salgado in Labyrinth. part. 1. c. 5. II. In causa Primipilari Fiscus mulieri etiam anteriori præfertur in dote *Brunnem. ad l. 1. C. de Privil. Fisc. l. 3. C. de Primip. salvis tamen Paraphernalibus Brunnem. d. l. Barbos. ad l. 1. Part. 7. n. 4. ff. Sol. Matr.* III. Si prior creditor ad militiam in specie crediderit *Aurb. quo jure C. qui pot in pign. Nov. 97. c. 4.* IV. Liberi prioris matrimonii in dotis maternæ exactione præferuntur. *l. 12. §. 1. in fin. C. Qui pot. in pign. Carpzov. part. 1. Const. 28. Def. 97.* V. Depositor corporis sive speciei extantis, possessionem enim & proprietatem rei depositæ retinet. *Vaud 1. Q. 21.* VI. Mulierem sterilem non gaudere dotis privilegio, voluit *Saison. in Conf. Turon. tit. 29. per l. 1. ff. Sol. matr.* VII. Dos confessata & cauta, privilegium dotis non habet in præjudicium creditorum, quamvis confessio sit jurata, & morte mariti confirmata. *Rittersh. part. 5. Nov. c. 3. n. 6. Arum. Disp. 15. Inst. in fin. Cothm. Vol. 3. conf. 21. d. n. 32. ad n. 169. Myns. lib. 2. obs. 62. videatur etiam Menoch. 3. Præs. 12. ubi multos explicat casus, in quibus confessio mariti præjudicat creditoribus. Si tamen creditores cæteri in confessione debitoris, aut sola literarum cautione se fundant aliud dicendum est. Gail. 2. Obs. 81. n. 5. Carpz. d. l. Defin. 76. Arum. d. l.*

§. 38. Quæritur hic, an privilegium dotis habeat locum in dote aucta? Augmentum dotis regulariter induit naturam ipsius dotis. *ang. l. 8. C. de jur. dot.* fruiturque privilegiis dotis ab initio constitutæ, *Berlich. Part. 1. concl. 65. n. 28.* Unde prioritas doti competens, competit etiam augmento, *Carpz. Part. 1. Const. 28. Defin. 64.* scilicet si consistat in re immobili, quæ habet manifestam substantiam, *Φανεράν ἔσται.* Nectunc distinguitur, an augmentio tempore fiat, quo maritus ære alieno est gravatus, an antea? *Aurb. sed jam necesse. C. de don. int. Vir. & ux.* si autem consistat in rebus mobilibus, privilegium prælationis habet, si facta est, antequam maritus ære alieno gravatur, si post, non. *d. Aurb. licet maritus confiteatur dotis augmentum, Trentac. Part. 3. de jur. dot. Resp. 7. n. 16.* præsumitur enim factum in præjudicium creditorum. *Bart. in d. Aurb. n. 10.* eorumque fraudem, *Campeg. de dot. part. 1. Q. 63, 64.* mobilibus vero pro augmento illatis extanti-

tantibus, *Camp. d. l. Q. 65.* aut alio modo probatis, *Brunnem. ad d. Auth. n. 10.* forte per expressam Creditorum confessionem de vero & reali augmento, prælatio locum habet, *gl. & Bart. n. 12. ad d. Auth. Rittersb. part. 5. Nov. c. 2.*

§. 39. Non tamen semper uxor dotis repetitionem habet, si enim heredes mariti probare possent, uxorem stante matrimonio adulterium commisisse, quod vir in vita, fortè quia ignoravit, aut postquam rescivit, ante præparatam quærelam, vel in ipsis præparatoriis, decessit, remisisse, dissimulasse, aut neglexisse, non probatur, actio illis ad amissionem dotis competeret, *Sign. de Homod. Conf. 50. Q. 1. 2. Heinr. Boich. inc. plerumq. de don. int. vir. & ux. Nicol. Boër. Decif. 338. n. 8.* ademptis quoque iis, quæ ex pactis dotalibus, testamento, aut statuto ad eam pervenissent, vide supra §. 7. Sane propter acceptum & passum osculum impudicum nec viro in vita, nec heredibus actio amittendæ dotis competit, siquidem potius est præparatorium & præludium adulterii futuri, quam indicium præteriti, *Menoch. lib. 5. Præf. 41. à. n. 26. ad 38. lib. 2. A. I. Q. Cas. 287. n. 8. Arum. Disp. 20. Inst. tb 8. Gerb. Decad. 20. Inst. Q. 4.* Quicquid dissentiant *Cognoll in Rub. C. de edend. n. 28. Bellon. ib. 59.* in quam sententiam descendere videtur *Borcholt. c. 8. F. n. 101.* & mulierem propter impudicum osculum legato, sub conditione, si honestè vixerit, relicto, cadere, voluit *Bald. conf. 207. lib. 4.* quod probavit *Covarr. Tr. de Matrim. part. 2. c. 7. §. 6. n. 3.* suspicionem enim talia oscula magnam incurrunt adulterii, actusque sunt Venerei.

§. 40. Legato relicto, dotis repetitionem cessare, merito quis arbitraretur, siquidem pater legans filia, præsumitur id facere in compensationem dotis, *l. 22. §. 3. ff. sol. matr. & ibi Brunnem. n. 10.* quam ei necessario debet, *Menoch. 4. præf. 109. n. 9.* & filio legans, præsumitur reliquisse in computationem suæ legitimæ, *Mantic. de Conject. ult. vol. lib. 10. tit. 2. n. 6. Gutirez. de Tutel. part. 3. c. 5. n. 22. per ll. 29. 30. C. de inoff. test.* Sed ut ut hæc ita sint verissima, tamen ad casum, quando maritus legat uxori aliquid, cui dotem debet, id velle extendere, contrariatur manifestissimo juris textui *l. unic. §. 3. C. de rei ux. act.* unde etiam *Steph. Grat.*



Tom. I. c. 134. uxorem usufructuariam relictam non prohiberi dotem petere, ait, *Aug Barbos. ad d. §. 3. n. 16. 17.* addit rationem scilicet, quia voluit testator exercere liberalitatem, non dotem extinguere, consentit *Carpzov. part. 3. Jurispr. for. Const. 13. Def. 29.* Nec obstat in contrarium adducta de legitima filii & dote filiae, siquidem illud ita est, quia est debitum origine necessarium, jubentur id ita lege, vel statuto, in quo nemo in dubio praesumitur liberalis. *Brunnem. ad l. 6. C. de hered. instit. n. 2. & ad l. 6. C. de hered. act. ubi allegat Pistorem & Honded. consentientes & Menoch 4. Praes. 109.* per varios casus illustrat, quando legatum creditori factum praesumatur animo compensandi, cum debito necessario factum? Nostrum autem debitum origine voluntarium est, ut omnia debita, causata à contractu vel quasi, voluntaria sunt, *Menoch. de praes. princ. & praes. 110. n. 2. 3. 4.* quando vero debitum est voluntarium, legatum creditori nunquam praesumitur animo compensandi relictum, sed creditor utrumque habebit, *l. 85. ff. de leg. 2. Honded. Vol. 1. cons. 63. n. 81.* nisi expresse plus petere prohibitum sit, *Brunnem. ad d. l. 6.* aut ex conjecturis, vel liquido probari possit, habuisse debitorem animum compensandi. *Aff. Decis. 44. Menoch. 4. praes. 110.*

§. 41. Repetit quoque uxor vidua Paraphernalia sua, ceteraque bona extra dotem, quae uxor marito administranda, vel custodienda commisit, vel tacite vel expresse (invita enim uxore nullam in iis habet communionem; *l. 8. C. de pact. conv.*) ut quorum nomine omnia mariti bona tacite hypothecata sunt, *Gail. 2. Obs. 83. n. 4. 5. l. II. C. ff. de pact. convent. l. 29. C. de jur. dot.* hypotheca competente, non à die nuptiarum, sed à tempore quo exegit, *Carpz. part. 2. Const. 24. Defin. 3. Richt. de Privileg. Cred. D. 6. Brunnem. ad l. 8. C. de Pact. Conv. n. 10.* unde privilegium praedationis quod, doti competere, supra diximus, pro Paraphernalibus non competit, sed uxor in istis rebus instar vulgaris creditricis est, *Dan. Moller. part. I. Const. Sax. 28. n. 37. Cothm. Vol. 3. cons. 21. n. 28. 29. Nicol. Everh. jun. Vol. I. Cons. 40. n. 42.* Quin & uxor repetit omnes fructus extantes, siue cum voluntate uxoris administravit siue non, *Menoch 3. Praes. 9. n. 6. jas. in d. l. 11. Mod. Pist. Vol. 1. Cons. 1. n. 38.* & consumptos, si non voluntate sua,

sua, neque in communem matrimonii usum, sed solam mariti utilitatem in sumpti sunt. *Surd. conf. 290. n. 2. Vol. 2.* aut ad solutionem pretii agit, *Mevius ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 5. n. 12. Menoch. 3. Pres. 9.* ubi latè de hac materia; Et hoc maximè obtinet, si marito non sit commissa, nec administratio nec usus, *Mev. d. l. n. 7.* quæ commissio in dubio non præsumitur, *Menoch. d. l. n. 19. Cothman. Vol. 1. Conf. 47. n. 108. Phil. Corn. Vol. 4. Conf. 129. n. 5.*

§. 42. Non repetuntur autem fructus, I. Quando mulier dotem marito non constituit, nam tunc præsumitur voluisse fructus habere loco dotis, *Cravett. Conf. 193. Bald. conf. 276. Menoch. d. l. n. 21. 22. Sc. II.* Si in communem matrimonii usum & commodum in sumpti sunt. *Cothm. d. conf. 47. n. 109. Surd. conf. 290. n. 2. Vol. 2.* III. Quando maritus consumpsit fructus consentiente uxore *Menoch. d. l. n. 10.* ubi distinctionem naturalium & industrialium fructuum exhibet. IV. Jure Saxonico Maritus non tantum administrationem, sed & usumfructum rerum uxoriarum habet, *Bened. Reinard. lib. 1. differ. 6. jur. Civ. & Sax. diff. 21. lib. 2. Cothm. Vol. 2. Conf. 94. n. 7. 8. 9.* videatur *Menoch. d. l. Pres. 9. infn. Nic. Everb. jun. Vol. 1. Conf. 40. n. 57. 58. 59.* Et tantum de dote, & Paraphernalibus, de quibus tanto concisius, quanto arctius Disputationem nostram, ne in Tractatum abeat, cupimus constringendam.

§. 43. Ex bonis mariti defuncti uxori viduæ primo luctus anno debentur alimenta, vulgo annus gratiæ, *das Gnaden Jahr* *Ang. in l. 48. n. 4. ff. de Solution. Job. Saison. in Conf. Turon. Tit. Los. Coustumes de Tours. Art. 4. Guid. Pap. decis. 296. n. 1. jas. in §. fuerat. 29. inst. de Action. n. 23. 24.* fortè quia ex communi Doctorum opinione & recepta sententia heredes mariti lucrantur fructus rerum dotalium mobilium, toto tempore annuæ dilationis, quæ datur ad mobilia restituenda, ita *gl. in l. unic. §. 7. C. de rei ux. act. & communis Schola in l. 7. ff. Sol. Matr.* sentiunt, contra quam tamen non malè disputat *Zus. lib. 2. Sing. c. 3.* indistinctè, omnia bona mobilia, anno dilationis exacto, cum fructibus & usuris, ad viduam redire, nec deberi viduæ alimenta, asserens, propter expressum textum versiculi (fructibus videlicet)

qui non, ut *Jas.* existimat, est appendix versiculi, (sin autem). *Gomez. 7. ad l. 51. Tauri. n. 47.* distinguit, inter res perse & sua natura fructuosas, & iis contrarias, in illis *Zafii.* in his communis Scholæ sententiam sequens, uti ex *Garfia Tr. de Expens. c. 8. à n. 29. ad 39.* videre est. de quo jam non latius disputabimus, observato modo hoc, quod, ubi dandus est annus gratiæ, vel ex jure vel consuetudine, ibi dentur etiam vestes viduales. *l. 43. ff. de V. S. Garf. d. l. n. 37. 39.*

§. 44. Repetit etiam ex bonis defuncti mariti vidua uxor expensas, & damna, quæ hereditatis nomine, fecit & sensit *l. 4. §. 5. C. de pet. hered.* item sumptus funebres necessarios, vel saltem utiles in sepulturam mariti vel liberorum & quos fecit in eorum curationem, qui tenebris æquiparantur. *Col. de Alim. lib. 2. c. 1. Brunnem. ad d. l. 4. n. 5. 6.* & hi sumptus liquiditati omne æs alienum, omnes creditores, tam hypothecam expressam quam tacitam habentes, præcedunt. *l. 45. ff. de Relig. & sumpt. fun. l. 14. §. 1. ff. eod. Carpz. part. 1. Const. 28 defin. 39. §. 43. Richter de Credit. Disput. 4. Memb. 4. n. 3.* Nec tuta est opinio *Antonii de Fano Tr. de Pign. part. 5. M. 2. n. 28.* statuentis hos sumptus saltem pignoribus tacitis non expressis anterioribus, nec doti, cujus receptio constat per publicum instrumentum, marito potius insepulto relinquendo præ dotis jactura, præferri, sed satis dura & inhumana, ceu colligere licet ex *l. 28. ff. eod. Garf. Tr. de Epens. c. 8. n. 23. 24. Schneidw ad §. fin. inst. de leg. Falc.*

§. 45. De donatione propter nuptias, quam maritus facit uxori in compensationem dotis, & ejus cautionem, unde & antidos. Germanis, *gegensteuer / gegenvermächtniß / wiederleg* dicitur, *Ritterb. part. 5. Nov. c. 1. n. 3.* habetque in ea mulier ex privilegio & jure singulari, tacitam hypothecam, sine prælatione, *Berlich. part. 1. Concl. 65. n. 71. & Dominium. Vivius dec. 258. n. 2. Guid. Pap. dec. 525,* ut possit de dote periclitans, bonis mariti aliis deficientibus, hæc vindicare contra maritum, & possessorem quemvis tertium. *Auth. permissa. §. ibi Brunnem. n. 1. 2. C. de don. ant. Nupt. Nov. 61. c. 1.* hic eo brevius, quo rarius eam hodie fieri videmus, nisi inter nobiles, *Brunnem. ad l. ult. §. simplices. C. de*

de don. ant. nupt. n. 11. maximè, cum &, quæ jure de ea constituta sunt, contrario usu exoleverint, æqualitas siquidem illa arithmetica ex *Auth. æqualitas. C. de pact. convent.* Universali imperii consuetudine ab usu exterminata est. *Mod. Pistor. lib. 1. Conf. append. n. 89. Beust. de Dote. c. 7. Matth. Cun. de Pact. lib. 1. c. 6. n. 17. Ritterb. part. 5. Nov. c. 1. n. 7. Colleg. Hig. lib. 23. Tit. 3. tb. 3.* Et hodiè pacta inæqualia, de dote & donatione propter Nuptias lucranda fieri & approbari, contra *l. 9. C. de pact. conv.* dicit *Brunnem. ad d. l. 9. n. 3. Kobl. de Pact. dotal. parc. 1. n. 62.* modo sint facta in ipso tractatu matrimonii, antequam contrahatur per verba de præsentis, ita limitat *Gail. 2. Ob. 78. n. 5. Ang. & Salic. in d. Auth. æqualitas. Cothm. Vol. 2. conf. 92. n. 19.* Sic etiam videmus, *legi 18. C. de don. ant. nupt. & cap. fin. extr. de don. int. Vir & Vix.* usu & statutis contraveniri, si quidem donatio propter nuptias non ad mariti heredes sed ad uxorem transit, maxime jure Saxonico. *Schneidw. ad §. 5. inst. tit. 7. lib. 2.* ita ut, quæ de hac donatione injure constituta sunt, maxima ex parte in usu esse desierint. Consulatur interim *Schneidw. d. l. & Colleg. Argent. d. l. à. tb. 29. ad 36.*

§. 46. Consuetum ferè ubique est hodiè, loco donationis propter nuptias, ex bonis mariti defuncti viduæ uxori, assignare partem, ut lucretur vel plenam in ea proprietatem vel solum usum fructum. *Wesenb. in π. lib. 23. Tit. 3. n. 10.* diciturque dotalitium, Nostris, *Ein Leibgeding/ Leibzucht Beust. de dot. c. 9. Wittumb.* de hoc dotalitio nihil fere certi constitui potest, adeo locorum consuetudines & statuta variant; sequentibus tamen notis rem includemus. I. Vidua dotalitium petens probabit realem dotis illationem sive oblationem *Trentac. Tr. de Matrim. lib. 3. Resol. 3. n. 12. Menoch. 3. Prasf. 7.* nec sufficit ad hoc confessio mariti, *Menoch. d. l. & Prasf. 12. 13.* II. Dotis nondum solutæ usuris præstitis, dotalitium vel donatio propter nuptias recte petitur. *Kobl. ad Const. March. c. 9. 22.* maximè si terminus solutionis nondum venerit. *Trentac. d. l. Berlich. part. 2. conclus. 50. n. 27.* à *Koblio* tamen dissentit *Cothm. Vol. 1. Conf. 48. à n. 108. ad 143.* qui omnino videatur. III. De jure Saxonico vidua, quæ
vivo

vivo marito dotem non intulit, sed eo mortuo demum cum usufructu infert, à successoribus mariti, filiis vel Agnatis, dotalitium recte exigit. *Weichbild. art. 22. Schneidw. ad tit. 1. inst. lib. 3. de quarto Success. grad. Carpz. part. 2. Const. 44. def. 11.* quod etiam plerisque in locis frequentari inter nobiles, ait *Brunnem. ad Auth. non inbibetur. C. de don. ant. nupt. IV.* Numeratione probata & versione in bona feudalia, quæ tamen, numeratione demonstrata, creditur, *Dan. Moll. part. 2. Const. Sax. 44. n. 8. Mod. Pist. part. 3. Q. 122. n. 114. 117.* agnati nolentes volentes dotalitium nondum constitutum constituere debent secundum Provinciæ morem *Cothm. Vol. 3. Conf. 21.* qui omnino legendus. V. Ita constituto dotalitio, dos absorbetur: *Leibgutt schwindet das Haupt gutt/ si scilicet duplicatus dotis usus fructus detur, de singulis centenariis aureis 12. aureorum pensione constituta, juxta Meckelb. Lehnrecht. c. 12. art. 12. autio. jure Marchio. Scheplitz. part. 2. Consuet. March. tit. 2. §. 16. n. 5. & Saxonico, Schneidw. d. l. n. 46.* ubi dicit, jur. Sax. viduis ultra duplicatum usum fructum dotis, duplicatum donationis propter nuptias usum fructum deberi, videatur *Carpz. part. 2. Const. 42. def. 2.* Non vero consumitur dos quando de æquivalente summa usuræ præstantur. *Kobl. d. c. 9. n. 28. Mev. part. 1. decis. 173.* VI. dotalitium, quod vice & in compensationem dotis accipitur, dotemque absument, gaudet jure prælationis, *Wesemb. part. 1. Conf. 50. n. 26. 27. Henn. Gæd. Conf. 99. n. 15. conf. 100. n. 7. Cothm. Vol. 2. conf. 92. n. 29. 30. & seqq.* Plura qui de dotalitio scire avet, adeat *Roscitz. in Proc. suo. Tit. von Leibgeding. Beust. Tr. de dot. c. 10.* & alios supra citatos.

§. 47. Jure Prætorio succurritur etiam viduis mulieribus in successione sive bonorum possessione; deficientibus, enim descendantibus legitimis, ut & ascendentibus & collateralibus consanguineis intra decimum gradum. *Myns. ad §. fin. inst. de Success. Cogn.* vidua succedit, superiores enim, quamvis Fiscum excludant, non tamen uxorem à successione pellunt. *Dionys. Gothofr. in addit. ad Schneidw. lib. 3. tit. 1. de tert. Success. Ord. n. 38. lit. O. & de quart. Success. Ord. n. 13. lit. H.* ubi dicit quod etiam ab uxore excludatur Socius Imperialis liberalitatis; Requiritur autem adhuc hodiè,

hodiè, ut intra centum dies à tempore scientiæ computandos, *Castr. n. 1. Brunnem. n. 3. ad l. 5. C. qui adm. ad bon. poss.* agnitio prætorix hujus successionis fiat coram iudice. *Bart. ad l. 9. n. 5. Castr. n. 2. C. eod. Cothm. Vol. 2. Conf. 51. n. 29. 30. & 37.* Saltem nuda, simplex & de plano. *Crass. §. bonor. Poss. Q. 6. 7.* omissa antiqua solennitate. *Corn. Conf. 165. n. 48. Vol. 2.* Nec sufficit agnitio coram Notario, *Cagnoll. n. 15. Dec. n. 4. Odof. n. 1. 2. ad. d. l. 9.* multo minus coram amico, *Sebast. Sapia n. 18. Andr. Barbat. n. 89. ad Rubr. C. Qui ad raitt. ad bon. poss. Qui-* bus neglectis, Fisco hereditas obvenit, *Alex. n. 1. jas. n. 1. ad l. unie. C. und. Vir. Schneidw. d. n. 13. in fin.* nec enim tempus centum dierum moræ purgationem admittit *Cothm. d. l. n. 38.*

§. 48. Jure Civili uxori superstiti pauperi indotatæ aut parum dotatæ *Kobl. de Succ. Conjug. part. 2. n. 29. & 44. Treutl. Vol. 2. Disp. 16. th. 6. lit. D.* datur facultas succedendi in bona mariti præmorientis locupletis, si nulli vel tres tantum liberi sint, vel communis vel alterius matrimonii, in quartam partem bonorum, si vero plures, in virilem portionem, & siquidem uxor liberos habet, contenta quartæ vel virilis partis usu fructu, liberis proprietatem servet, si nullos, aut concurrit cum liberis alterius matrimonii, aut cum ascendentibus, collateralibusve mariti defuncti (nam & hi illam à quarta non excludunt, *Bart. & Job. Fab. in Auth. Præterea. C. und. vir & ux.*) potitur dominio. *Kobl. d. l. n. 66. Carpz. part. 3. Const. 2. Defin. 15. Struv. Exercit. 38. th. 38.* Hoc jus autem uxori per ultimam mariti voluntatem adimi aut minui non potest, *Berlich. part. 3. concl. 9. n. 45. Cothm. Vol. 2. Conf. 74. n. 83.* & bonis mariti confiscatis, hæc portio à Fisco exigitur *Gail. 2. Obs. 86. n. 16. & lib. 2. de P. P. c. 16.* Videatur *Ritterh. part. 7. part. Novell. c. 17.*

§. 49. Quæ vero ita scripta sunt, fallunt. I. in uxore paupere divitem Patrem habente. *Kobl. d. l. n. 21. Thoming. decis. 40.* unde etiam bona, quæ habet uxor, in quartam computantur. *Salic. & Fabian. de Pep. n. 7. ad d. Auth. præterea.* II. in uxore ex successione suorum aliquid sperante. *Rontz. Decis. Lituani. 4. n. 270.* à quo tamen dissentit *Thoming. d. decis. 40.* nec enim divitiæ,

E

uxori

uxori postea obvenientes, considerantur, sed tempus mortis mariti inspicitur *Dec. conf. 24. Sard. de Alim. Tit. 9. Q. 35. n. 45. Rittersb. d. l. n. 14.* Unde mulier ante exactiorem quartæ renubens, morte secundi mariti locupletis, vidua in egestate relicta, juxta *Rittersb. d. l. n. 13.* ab utriusque mariti heredibus hanc quartam postulare potest, juxta *Crassum à primi mariti heredibus, Colleg. Argent. lib. 38. tit. 11* suadet, ut posterioris mariti heredes offerant mulieri operam suam in exigenda parte, ex bonis mariti prioris, aut petant, ut sibi cedat jus, quod habet in bonis mariti prioris, videatur etiam *Ceph. conf. 244. n. 23 Kobl. d. l. n. 58. III. Ceph. conf. 671. n. 2.* putat uxorem ab initio congruenter dotatam non posse petere hanc portionem, sed hoc displicet *Brunnem. ad d. Auth. præterea n. 25.* IV. Uxor, quæ maritum interfecit, aut eum ægotantem non curavit, non adhibuit Medicum, aut adhibuit, aut imperitum & incantatorem dolosè, repellitur tam à successione Prætoria, quam ab hac civili. *Schneidw. d. l. n. 24. 25. Et ibi Gothofr.* imo his casibus lucrum etiam statutarium & pactio-natum amittitur. *Bald. in l. 10. §. 1. ff. Sol. matr. V.* Sponsa de præsentis ab hac successione excluditur, requiritur enim matrimonium consummatum. *Kobl. d. l. n. 8. Richter. ad d. Auth. Præterea n. 8. Hillig. in Donell. lib. 9. c. 10.* VI. Uxor usque ad quartam heres, vel legataria à marito relicta, aliam adhuc quartam non petat, infra autem quartam, ad supplementum ejus agere potest, *Kobl. d. l. n. 112. Brunnem. d. l. n. 17. 18. Rittersb. d. l. n. 15.* VII. Hanc successionem viris non competere, defendit *Rittersb. d. l. n. 9.* propter expressum textum *Nov. 117. c. 5. in fin.* sed dissentit *Gail. 2. Obs. 98. n. 5. Brunnem. d. l. n. 13. 14. 15.* VIII. Statuto quoque hæc successio inhiberi & minui potest. *Nic. Everb. Jun. Vol. 2. conf. 22.*

§. 50. Hæc quidem de jure Prætorio & civili verissima sunt, tamen solent hodiè per pacta dotalia jure consuetudinario Stylo-que Camerae valida *Myns. cent. 2. Obs. 33.* maximè reciproca, *Gail. 2. Obs. 126. n. 6. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 5. c. 10. n. 24. Rittersb. part. 7. nov. c. 18. n. 4.* valde mutari, ut vix nostra ætate locum habeant. *Colleg. Argent. lib. 38. tit. 11. tb. 4.* Præfer-
tim

tim cum moribus nostris medietas bonorum communi conjugum industria, stante matrimonio, acquiritorum, cedat superstiti, *Rittersb. d. l. c. 17. n. 5.* Pacta hæc dotalia non minuuntur per legatum à prædefuncto superstite relictum, sed utrumque debetur, nisi ex conjecturis, quarum quasdam recenset *Menoch. 4. Præs. 110.* animus compensandi pateat, quo præsumpto, compensatio pro quantitate relicta celebratur. *Alex. Conf. 132. n. 2. Vol. 2.*

§, 51. Pacta dotalia mutua statim constante matrimonio valent, caduntque in speciem donationis inter vivos, irrevocabiliaque sunt absque insinuatione & traditione. *Gail. 2. obs. 126. n. 3. 4. 5.* ubi multos allegat authores, quod verum, si pacta dotalia de dote, donatione propter nuptias, vel certa bonorum parte concepta sunt, tunc enim ab una parte testamento vel alio modo mutari aut infirmari non possunt. *Kobl. de pact. dot. n. 79. Pruckm. Vol. 2. Conf. 1. n. 335. Berlich. part. 2. Concl. 51. n. 25. Cothm. Vol. 2. Conf. 78. à n. 160. ad fin. Vol. 3. Conf. 44. n. 95. & seqq.* qui hic omnino legendus. *Oldr. Conf. 139.* scribit: pacta matrimonialia obligationem continent præsentem, licet effectum post mortem sortiantur, & hoc est, quod dicit *Colleg. Argent. d. tit. II. in fin.*: sapiunt quidem pacta dotalia naturam ultimæ voluntatis, sed ratione objecti tantum, ratione causæ efficientis & formæ, habent naturam contractus, vimque obligandi. *Mynsingerus d. l.* irrevocabilitatem hanc comprobatur præjudiciis *Cammeræ*, unde hodiè recte dantur heredes conventionales. *Heig. part. 1. Q. 23. n. 14. Carol. Molim. conf. 51. n. 14.* Si vero pacta dotalia de universis concipiuntur bonis, ita ut, tanquam actus inter vivos valere nequeant per *l. 5. C. de pact. conv. l. 15. 19. & 30. C. de Pact. 5.* testium præsentiam requirunt, *arg. l. ult. C. de Codic. & l. fin. C. de donat. caus. mort.* valentq; saltem in vim ultimæ voluntatis, per eamque mutari possunt, *Treutl. Vol. 2. disp. 7. ib. 7. Kobl. Carpz. Berlich. dd. II. Cothm. d. Conf. 78. ubi n. 175. Witteberg. DD.* allegat consentientes, quamvis non ignoremus, multos, quos recitat *Cothm. d. l. n. 160.* indistinctè revocabilitatem admittere, videatur etiam *Rittersb. d. c. 18. n. 5.*

§, 52. Pactis dotalibus non confectis, jus manicipale &

statutarium inspicitur quod utique valet extantibus etiam liberis, *Gail. 1. Obs. 36. n. 11. lib. 2. Obs. 124. n. 3. fratribus & sororibus conjugis defuncti plane postpositis Gail. d. obs. 124. princ.* Ita juxta statuta Lubecensia superstes semissem bonorum accipit. *Cothm. Vol. 3. conf. 19. Vol. 1. conf. 35.* quod etiam in Marchia observatur. *Scheplitz. ad Consuet. March. Cothm. Vol. 4. conf. 48,* ubi verba: *Seßen und Ordnen welches von Eheleuten &c. explicat.* Jure Saxon. vir. succedit uxori in omnibus bonis mobilibus, *erbet alle fahrende hab/ Bahrschafft und Silbergeschir exceptis utensilibus die Gerade. Schneidw. ad inst. Tit. 1. lib. 7. de quart. success. ord. à. n. 26. ad 58. & Melch. Klinc. ad d. Tit. 1. libr. 3.* Uxor autem lucratur à Marito donationem propter nuptias, qua non constituta, succedit marito in quartam, vel tertiam *Schneidw. d. l. n. 56.* Quomodo iure Gallico, Hispanico, Burgundico, Danico succedatur, attingit *Arnif. de LL. Connub. c. 7. Sect. 6.*

§. 53. Circa statutariam successione observandum, statuta ad bona extra territorium statuentium sita non extendi, ita ut superstes conjunx vigore statuti succedere possit, in bonis extra statuti territorium sitis, sunt enim statuta localia, stricti juris & extra limites non porrigenda. *jas. Conf. 163. Vol. 2. Dec. conf. 669. n. 6. 7. II. Schurf. cent. 1. conf. 6. per rot.* ubi loquitur de jure Saxonico non extendendo ad res extra territorium, quæ legibus loci, ubi posita sunt, secundum veram practicam subjacent. *Decian. conf. 71. n. 14. 15. Vol. 2. Cephal. Conf. 309. n. 66. 67. Vol. 3. Natta. Conf. 149. n. 20.* Nec distinguimus, an statutum disponat circa personas vel res. *Gail. 2. Obs. 124. n. 9. 10. 11. Rol. à Vall. Conf. 80. n. 29. Vol. 4. Cothm. Vol. 1. Conf. 21. n. 130. & seqq.* Sanè hoc de immobilibus bonis verissima sunt, at quando agitur de mobilibus non dubitandum, quin statuti dispositio ad ea extendatur, mobilia enim respiciunt personam. *Alex. Conf. 19. n. 3. Vol. 6. Beroy. Conf. 155. n. 4. Vol. 2.* modo non sint ad locum perpetuo destinata, tunc enim, ut immobilia, territorium, non personam sequuntur, *l. 35. §. 3. ff. de hered. inst. Nicol. Everb jun. Vol. 3. Conf. 55. n. 54. 55. Cothm. Vol. 3. Conf. 33.* qui dignus est, legi. Creditum & mutuum, actiones, & nomina, si ad quid mobile

bile competant, quamvis ex alieno territorio debeantur, censentur de domicilio creditoris & videntur quoad successionem fuisse in loco ubi mortuus est creditor. *Socin. Sen. conf. 36. Vol. 2. Nicol. Everb. jun. d. conf. 55. n. 56. Matth. Coler. Proc. Exc. Part. 1. c. 3. n. 238. 239. 240. Cothm. Vol. 3. Conf. 33.* Alias actiones & nomina regulariter neque mobilium, appellatione veniunt, sed tertiam quandam speciem constituunt. *Nic. Everb. jun. Vol. 2. conf. 31. n. 60. 61. Carpz. part. 3. C. 23. D. 8. n. 7.*

§. 54. Recte statuunt Doctores, quos etiam recenset *Wesemb. ad Tit. und. vir. & ux. n. 3*, statutariam & consuetudinariam successionem ultima voluntate tolli aut minui non posse, quod Author citato loco recte ita limitat, cum certa pars ex statuto defertur; hæc enim, sive triens, sive semis sit, viventi conjugii à præmoriante nullo modo tolli aut minui potest. *Crassus Recept. sentent. §. institutio Q. 23. n. 5. Cothm. Vol. 2. Conf. 74. n. 86. 87. Vol. 3. Conf. 44. n. 88.* ubi multos laudat authores. imo ne quidem Imperatoris autoritate. *Cremens. Sing. 155. Beroj. Decis. 244. n. 4.* est enim debitum radicum & necessarium. *Cothm. d. l. n. 88.* quod sine facto & consensu nostro nobis eripi non debet. *l. 11. ff. de R. I.* est æs alienum, *Bald. n. 5. Aret. n. 5. in Auth. præterea C. und. vir & ux.* quod ante omnia deducendum est. *l. 39. §. 1. ff. de V. S.* ne elusorium plane reddatur statutum. *Cothman. d. l. Pepis & Rom. in d. Auth. Præterea.*

§. 55. Controvertitur inter DD. (quod nobis sit pro complemento materiae successionis) an legatum vel portio testamentaria minuat debitum statutarium vel Provinciale: Hoc negat, *Bald. in d. Auth. præterea n. 5. Dan. Moller. Sem. 3. c. 35. n. 3.* ubi refert, in Scabinatu Lipsiensi aliquoties ita fuisse iudicatum. *Boer. Decis. 442. n. 6. & Petr. Heig. Part. 1. Q. 27. n. 20.* Sed affirmativa sententia verior est, eamque sequitur Parlamentum Parisiense. *Car. Molin. apud Deciam ad d. Auth. præterea.* Curia item Gratianopolitana. *Guid. Pap. Decis. 541. & quæ Paduæ est. Alber. de Rosat. ad d. Auth. n. 3. Pep. n. 64.* eamque comprobavit, *Elect. Sax. August. part. 3. Const. 37. & infiniti alii, relati à Cothm. Vol. 4. Conf. 16. n. 10.* Est enim debitum necessarium, in necessitate autem nemo præ-

sumitur liberalis *Brunnem. ad d. Aub. n. 19.* ubi rejicit *Corasium* qui
3. Miscell. c. 1. n. 10. affirmativam tantum restringit ad casum, si de-
 nuo nubat, videatur etiam *Menoch. 4. Pres. 109. n. 35.* ubi quatuor
 habet extensiones, & tres limitationes. Quod si autem legatum
 vel relictum perpetuo apud legatarium non sit permanens, for-
 te usufructu bonorum uxori vel superstiti legato, negantium opi-
 nio æquissima & communissima est. *Capr. Decis. 143. n. 6. 13. Dan.*
Moller. part. 3. Const. Sax. 37. n. 2. Boign. Cavalc. Tr. de usufr. mu-
lier. rel. n. 113. Paul. Pir. ad l. 34. §. 7. n. 122. ff. de leg. 2. Nicol. Bel-
lon. Cons. 31. n. 4.

§. 56. Circa statutariam successionem aut pactionatam quæ-
 ritur, si contingat maritum & uxorem unà simul bello, naufragio,
 vel ruina perire, an successioni locus sit, ita ut hoc lucrum pos-
 sit ad heredes transmitti? Respondemus cum distinctione, aut pa-
 ctum vel statutum loquitur in casu, quando defunctus est con-
 junx in matrimonio, tunc utroque simul decedente, ut nesciatur,
 quis eorum prior decesserit, pactum verificatur, cum verum sit
 conjugem in matrimonio periisse. *Bart. ad l. 9 §. 3. ff. de reb. dub. Rol.*
à Vall. de Luc. dot. Did. Covarr. 2. Var. Resol. c. 7. n. 3. nulla habita
 distinctione mortis naturalis aut civilis, ut si ambo conjuges reli-
 gionem ingrederentur. *Cyn. & Salic. in l. 56. C. de Episc. & Cler.*
 Aut ita conceptum est, ut superstes ex præmorientis bonis certam
 habeat partem, tunc, si non constat, quorum primus decesserit,
 nihil debetur. *Rol. à Vall. d. l. 2. 60. n. 6. Did. Covarr. d. c. 7. n. 7.*
& 9. per ll. 16. 17. ff. de reb. dub.

§. 57. Hæc ferè sunt, quæ de juribus viduæ uxoris pro insti-
 tuti ratione proponere volumus, essent quædam dicenda, de do-
 natione inter virum & uxorem, legibus & moribus prohibita inter
 privatos *l. 1. ff. de don. int. vir. & ux.* (non inter conjuges Augusta-
 les & Regales *l. 26. C. eod.* quam legem *Reinkingk. de Reg. Secul. lib. 1.*
cl. 5. c. 6. & Brunnem. ad d. l. 26. extendunt ad Principes Imperii)
 morte confirmanda. *l. 10. C. eod. & Gotbofr. ad l. 32. ff. eod.* Sed ne
 nimis excreseat disputatio, consulto eam præterimus: Recurrat,
 qui scire avet ad *Colleg. Argent. lib. 24. Tit. 1. Brunnem. ad Cod. eod.*
tit. Rittersb. part. 5. Nov. c. 12. Addimus tamen hoc, donationem
 hanc

hanc morte confirmatam in petitionem fideicommissi non venire. *l. 68. ff. de leg. 2. Zanch. ad l. 57. §. 1. part. 5. n. 41. ff. ad Trebell. nisi donatarius expresse sit gravatus d. l. 68. aut testatorem poenituerit donationis factæ. Ruin. Conf. 130. n. 9. lib. 3. quod ex indiciis conjici potest, quæ collegit Menoch. 3. Presf. 23.*

§. 58. Restat ut consideremus viduam matrem, & hæc ex singulari Principis privilegio, 25. annis tamen major, *Rittersb. part. 8. c. 2. n. 5.* non tantum naturalis & legitima simul, sed & naturalis, *l. 3. C. Quand. mul. tut.* etiam Avia indistinctè *Nov. 118. c. 5.* etiam debitorum aut creditrix liberorum, durante in sua natura debito, *Nov. 94. c. 2. Auth. ad hæc C. Quand. mul. tut.* etiam Mater Regina, Princeps, & regalem dignitatem habens *Roland. à Vall. Vol. 2. Conf. 18. n. 53.* etiam si statuto mater à successione liberorum excluderetur per agnatos aut cognatos. *Salic. in Auth. matri vel avia C. eod. Dec. in l. 2. n. 19 ff. de R. I. Alex. conf. 109. n. 2. Vol. 3. Asc. Clem. de Patr. Potest. c. 4. n. 29.* habet licentiam, non necessitatem subeundi tutelam liberorum suorum impuberum *Carpz. part. 2. Const. 11. Def. 11. n. 13. Guttiretz. de Tutel. Part. 1. c. 8. n. 18.* & curatellam minorennium, *gl. & Bar. in d. Auth. matri. Alex. Conf. 221. n. 7. Vol. 6.* exclusis & post positis legitimis collateralibus, & dativis *Nov. 118. c. 5. Perez. ad Tit. Quand. mul. offic. tut. §. 1.* Mater vero, item Avia, Proavia tutelam subire nolentes, intra annum, (quod & ultimo die anni integrum est. *l. 133. ff. de V. S. Quint. Mandos. Cas. annal. n. 120.*) petant pupillis tutorem, ni velint eorum, intra pupillarem ætatem decedentium hæreditate privari & successione cadere *l. 2. §. 23. ff. ad SC. Tert* quod etiam omnibus incumbit, qui ad successionem pupilli, sive ab intestato, sive jure substitutionis spem habent. *l. 10. C. de leg. hered. Colleg. Argent. lib. 26. Tit. 6. th. 2. 3. 4. 5. 6. Pruckm. ad l. 9. ff. de Stat. hom. Part. 1. Memb. 4. Art. 11. per tot.* Pupillo sanè, intra annum dilationis moriente, pœna hæc privationis cessat *Brunnem. ad l. 3. n. 4. C. ad SCtum Terr.*

§. 59. Mater autem vel Avia, quæ tutelæ munere fungi vult I. renunciet in judicio & apud acta nuptiis secundis hodiè simpliciter, *Nov. 118. c. 5. Nov. 94. c. 2.* olim mediante juramento, *l. 2. C. Quand.*

Quand. mul. tut. ita tamen, ut renunciacioni contraveniens, contractis iterum nuptiis, à tutela expellatur. *Carpz. part. 2. Const. 11. Def. 14. Myns. 3. Obs. 83. Gerb. Decad. 3. Inst. 2. 4. Pruckm. d. l. Part. 1. M. 2. A. 11. Ritterb. Part. 4. Nov. c. 6. n. 4.* II. Renunciet Scto. Vellejano, omnique legum auxilio, *Nov. 94. c. 4.* inter gesta, i. e. coram iudicii actis. *Nov. 118. c. 5.* quod in Bavaria non observari, dicit *Balibaf. Res. Bavar. Tit. 5. Resol. 3. n. 16.* Si tamen alicubi ex ignorantia juris hæc renunciatio non vigeret, pro renunciante nihilominus mater habenda est. *Brunnem. ad d. Auth. matri, n. 6.* Mater autem testamento patris tutrix data, quod fieri hodie potest, non obstant *l. 26. ff. de Testam. tut. Schneidew. ad tit. 14. lib. 1. Inst. n. 10.* renunciacioni non subjacet, quæ sententia est *Boërii Decis. 124. n. 13. Piag. de Tut. 2. 7. n. 40.* III. Matrem intra 4. menses vel tempus statuto definitum tutelam assumere debere ait *Montan. de Tut. c. 15. n. 58. ubi n. 53.* docet, matrem assumere debere simul tutelam & renunciare. IV. Jure ffforum mater tutelam à Principe postulabat *l. ult. ff. de Tut.* hodiè etiam eo irrequisito suscipit. *Colleg. Argent. lib. 26. Tit. 4. th. 3. n. 3. Pruckm. d. A. 6. n. 4.* V. Mater inventarium conficiat, reddatque rationes, *Pinell. repet. l. 1. part. 2. n. 26. C. de bon. mat. Alex. Conf. 110. n. 23. Vol. 3. Rittersb. part. 8. Nov. c. 7.* cum & matris & vitrici bona pignoris nexui pro tutela sint obnoxia. *Pruckm. d. l. n. 8. 9. Brunnem. ad l. 2. C. Quand. mul. tut. off.* VI. Mater, quæ ita suscepit tutelam, contra *l. 4. ff. de in lit. jur.* in litem liberorum nomine jurare volens, potest. *Accurs. ad d. l. 4. Borcholt. Tr. in lit. jur. c. 3. n. 21. Setser. de juram. lib. 5. c. 4. n. 18. 19.*

§. 60. Non autem semper mater admittitur ad tutelam; I. enim 25. annis minor repellitur. *Borgn. Cavalc. Tr. Tut. n. 185.* quæ etiam excusatur si intra annum liberis suis impuberibus tutores non petierit: *l. 2. C. si adv. delict.* II. Testamentariis, aut per Codicillos testamento confirmatos, datis existentibus, mater non admittitur. *Nov. 118. c. 5. Montan. d. l. c. 16. n. 24.* nisi hi se excuserint, vel remoti fuerint. *Rittersb. part. 8. Nov. c. 2. n. 5.* III. Si prohibuerit pater testamento, ne mater tutelam gerat, rejicitur propter voluntatem defuncti, nec distinguitur, an liberis dederit tuto-

tutorem, quo casu *Treutl. Vol. 2. Diss. 8. tb. 3. Peckius de Testam. Conjug. lib. 2. c. 6.* prohibitionem solum admittunt, an non dederit. *Just. Mejer. Tr. de Tutel. Rubr. Quand. mul. offic. tut. IV.* Matre concurrente cum avo paterno, hic eam excludet. *Colleg. Argent. lib. 26. Tit. 4. tb. 3. n. 8.* quam sententiam etiam fovet, *Struv. Exerc. 31. tb. 26.* ubi dicit avum maternum matri præferri, quem sequitur *Carpz. de jure form. Decad. 2. Posit. I.* cum solis cognatis ex latere venientibus mater præferatur, *Nov. 118. c. 5.* quamvis non desint, qui matrem præferendam esse putant, inter quos est *Brunnem. ad d. Auth. matri. n. 2. & Pruckm. d. A. 6. n. 21.* V. Pater excludit Matrem, Avus Aviam, *Bart. n. 4. Salic. n. 4. in d. Auth. matri.* neque enim avia paterna præponitur avo materno propter sexus dignitatem. *Colleg. Argent. d. l. n. 9.* VI. Mater noverca hoc jure non gaudet. *Pruckm. d. l. n. 44.* VII. Mater incestuosa liberorum suorum ex damnato coitu natorum tutrix non est. *Gomez. ad l. Tauri. 14. n. 19. Guttiretz. part. 1. de Tut. c. 8. n. 10. Balthas. de Resol. 3. n. 4.* ubi id extendunt ad matrem illustrem.

§. 61. Multa quidem adhuc in recessu sunt de nobili hoc argumento, maximè odiosa, quando nimirum vidua intra annum luctus, aut post tempus lugubre nuptias contrahit secundas, item cum luxuriosam degit vitam: sed hæc tantùm Cathedræ destinavimus Inaugurali. Benevole Lector, labori fave nostro, non omnibus, quod facile agnoscimus, numeris, absoluto, & sicubi nos tibi lapsi videmur, tuo judicio, saltem non mordaci, emenda. Tibi autem, bonorum omnium Fonti, DEUS Benignissime, pro hoc tuo præstito adjutorio, & infinitis aliis, jam indè ab ipso vitæ spiritu, nobis largissimè exhibitis beneficiis, sit,

LAUS, HONOR, ET GLORIA.



F

ADDITAMENTA MISCELLANEA.

1. Feudum novum est, quod veteris venditi precio comparatum est.
2. Feudum ob feloniam amissum, si dominus ex gratia de novo concedat, num vetus maneat, an pro novo habendum sit? difficilis habetur controversia: Nos distinguendum putamus.
3. Feudum fraternum quod vocant, pro vetere habendum censemus.
4. Si filius hereditate paterna se abstineat, dominus eum nihilominus investiat, de feudo, quaeritur, quale sit feudum? Resp. novum erit.
5. Divisio feudi in hereditarium, & feudum ex pacto & providentia, fundamentum habet in jure feudali, neque *Bulgari* inventum est.
6. Pessimè rem gerunt, qui pro corpore Achaico venditant Imperium.
7. Inepti sunt, qui pravitatem Status Germaniæ, inde metiuntur, quod ad justas regni leges, absque everfione totius Reip. non possit reformari.
8. Antichresis pura, nulla est, sed *Salmasiani* cerebri figmentum.
9. Non omnis usura jure Divino prohibita est.
10. Sponsa non committit adulterium, de adulterio tamen potest accusari.

EPI-

EPIGRAMMA.

E Gregiam laudem, magnum & memorabile no-
men

Ex Themidos studio, Fautor amande, refers.
Gratulor indè Tibi meritò; Sic itur ad astra,
Depromis studium, gratulor indè Tibi!

*Suo olim Dno. Informatori Fidelissimo
fecit*

Paschasius Negendanck,
Eques & Nobilis Megapolitanus.

Quid non longa dies, quid non labor omnia
vincat

Improbis: hinc paucis gratulor hisce, vale!

*Suo quondam Dno. Informatori Dexterrimo
subjecit*

Henning Negendanck,
Eques & Nobilis Megapol.

Sic Informator Meus hic nunc pulpita scandit;
Præ multis aliis debet honore coli.

*Suo quondam Dno Informatori
acclamat*

Gregorius Philippus Negendanck,
Eques & Nobilis Megapolitan.

F 2

Esse

Effe salutarum Te vult mea litera primùm
Mi Fili, atq; vovet dexteriora Tibi!
Prospera cuncta fluant, mittatur gratia cœlò,
Altius ut possis scandere, vive, vale!

fecit tuus Pater

PETRUS PRÆTORIUS,

Episcopatus Havelbergensis per 30.
annos Secretarius,

I. EPIGRAMMA.

Plaudite Pierides, deceat componere versus,
Ecce, meo Fratri, Plaudite Pierides.
Ludere carminibus licuit, semperq; licebit,
Carmina sunt Fratri contribuenda meo,
Sed tamen esse modum (ni fallor,) fortè putarem,
Talibus ut liceat ludere carminibus.

II. ECHO.

N on modus in studiis? non est; quî dicITUR? ITUR;	
Plus ultra, mos hic hominũ est; non ibIMUS? IMUS;	
Sic fuit, est, & erit; sic volvitur ANNUUS	ANNUS.
Multa tulit, fecitq; Puer; quid? TUBER &	UBER.
Divino instinctu, Frater Mi, tACTUS &	ACTUS
In Te jam benè conveniant & NOMEN &	OMEN,
Sic Te Victorem præstas non MARTE sed	ARTE,
Vires concessit stabiles Tibi jugIFER	ÆTHER,
Quas attraxisti sitienti pectORE	RORE.
Gratulor indè Tibi, est ex imò pectORIS,	ORIS,
Hoc tamen affirmo: deerunt non ROSOR &	OSOR;
Ast Tibi JOVA adsit Præses, SolAMEN &	AMEN!

III. ANA-

III. ANAGRAMMA.

SI RUS PETO, PRO ÆRE THUS ANNI.

Δήλωσις.

JAm tua, MiFrater, depromis pignora mentis,
Indè Tuus Pater hic incipit ore loqui:

ABSOLVO VOTO TOTALI LIMINA, NATE,

Sic semper magno dignus amore mihi.

Accipe, PETRE, TRECENTA TALENTA TACENDA
DAMASCI,

Versus catē-
natus.

Vers. Catē-
& Dact.

Longius optatum non mihi differ opus,

Sedulitate Sua Semper Sententia stabit,

Sicut Sementis Sensibilis Sequitur.

Æquid,

SI PETO RUS, bellè PRO mundano ÆRE reporto
THUS ANNI, monstrat nunc hodierna dies.

Anagr.

IV. DUO CHRONODISTICHA.

OMnia, qVæ tibi CVnqVe VoVes, qVæCVnqVe pre-
Caris,

EX Votis Caplas, eXpete CVncta tibi!

* * * * *
* * * * *

SIsteris posthac Certis CœlestibVs oris,
SIC tibi ConCiples gaVDIa IVsta Dei!

*V. Distichon in quo datur nulla Positio, seu nullus Voca-
lium & Consonantium concursus, nulla Diphthongus, adeoq;
nulla Regula Generalis, itemq; nulla Elisio: Sed Consonantes &
Vocales alternatim ponuntur.*

E 3

Tu

Tu merito sudore Tibi facis oris honorem
Sumito de merito munera ^{ cara } _{ rara } Tibi

VI. RECIPR: SEU RETROGR:

*
* *

ROSOR, IBI NON SIS SEDES, SIS NON IBI ROSOR.

*Sedes substantivum, & sensus hic est: Rosor non hic sedem
& locum carpenti habeas.*

VII. COROLLARIUM IN LINGUA
GERMANICA.

Darnach der Bruder schon vorlängsten hat gerungen/
Darnach ist es / Gott Lob! Ihm glücklich gnug ge-
lungen:

Den güldnen Wagen hat der Bruder nuhn davon;
Nuff Fleiß und Schweiß der Preiß/auff Ringen folgt
der Lohn.

Wolauß / O Musen-Schaar / ist deine Pflicht recht bringe
Daß deine Stimm und Schall durch hohe Wolcken dringe /
Weil nuhn dein Wittgenosß / ein treuer Musen Sohn
Durch seinen grossen Fleiß ersteigt den Ehren-Thron.

Nuhn mehro wird sein Geist in höhern Thon sich schwingen/
Dieweil ein solcher stets sich übt in grossen dingen /
Denn Er den höchsten Grad zum adeln Doctor-
Standt.


Ikund erlanget hat / wie solches ist bekandt.

Mein.

Mein Bruder / fahr so fort: der Himmel wolle gaben
Gesundheit / Ehr und Ruhm / und ein gewünshtes Leben /
Diß ist mein Herzens= Wunsch / den ich dir bringen soll /
Der Höchste sey mit DZEX / mein Bruder / lebe wol!

Hisce suo Fratri Germano acclamat
applauditq;

Paulus Ludolphus Prætorius,
p. t. Templi Episcop. Havelberg. Vicarius
& Scholæ ibidem Rector.




Im Namen des Herrn Amen
Dieses Buch ist dem
Herrn Johann Christian
von ...

Hilf mir diese
Arbeit zu Ende zu bringen

Paulus Adolphus Prætorius
p. r. Temp. Episcop. Havelbergensis
& Scholæ ibidem Rector.







ULB Halle 3
002 424 312




VD 77

TA - FL







1677

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

1678, 3

De
VIDUIS,

Quam
DEO FORTUNANTE,
Auctoritate & Decreto Magnifici JCtorum Ordinis,
In Illustri
CHRISTIAN - ALBERTINA ACADEMIA,
PRÆSIDE
VIRO MAGNIFICO & CONSULTISSIMO
Dn. NICOLAOMARTINI JCto
Novell. ac Philos. Civil. Prof. Publ. Cele-
berrimo, Academiae h. t. Pro - Rectore &
Facultatis suae Decano,
Pro Summis in Utroq; Jure Honoribus ac Privilegiis
Doctoralibus

ritè & Competenter Consequendis
Publicae Doctorum Disquisitioni subicit
PETRUS JOHANNES PRÆTORIUS
Havel - Monte Marchicus.

ad d. 17. Maij Ao. 1678.

In Auditorio Majori, horis ante & pomeridianis.

KILONI,
Literis JOACHIMI REUMANNI, Acad. Typogr.